BERNARDINI RVTILII COLONIENSIS DECVRIA.

Operis Capita.

Eiusdem Bernardini Rutilij in familiares Ciceronis Epistolas vniuersas Annotationes.

Bernardini Rutilij Colonienſis Ad Magnificentiſſimũ virũ/Mapheũ Leonũ patritiũ Venetũ/in ſuam Decuriã præfatio.

Libellum/cui Decuriæ titulũ fecimus/ exemplo.ſ.eoꝝ/qui ex capitum numero Centurias lucubrationes ſuas inſcripſere/tibi iure optimo dicauimus/uir Ampliſſime/nã/cũ tu iter patronos meos/eoſq́;/qbus mea ſalus cara eſſe videt/ primũ facile locũ teneas/quis erat/ſub cuius potius nomine q̃ tuo laboꝝ noſtroꝝ ac ſtudioꝝ primitias edere inq; lucẽ emittere deberemus?neq; eſt/quod tu operis humilitatem ac ſcribendi genus/vt tenue forte cõtemnas. Eiuſdẽ generis multa ſunt/noſtra/ patrum/auorũq́; memoria ab eruditis viris/qualem me & haberi & eſſe cupio/non primatibus modo/ ſed & principibus/ſummiſq; etiam pontificibus dicata. Ego certe/quũ tibi plurimũ debere me ſcirem/ idq; non obſcura animi ſignificatione notum pluri mis eſſe cuperem/haud aliud ferme maius habui/ quo te non tam pro meritis tuis q̃ pro meis uiribus remunerari poſſe exiſtimarẽ. Cum te præſertim ea benignitate atq; elegantia eſſe præditũ intelligerẽ/ vt nullum ferme hominum genus magis/q̃ eos/qui doctrinæ aliquo nomine cenſerent/fouere/ amplexari/atq; in ſinu gerere/ut ille inquit/ſoleres/nihilq; tam carum gratũq; exiſtimare/q̃ litteraria iſta munuſcula in te ab amicis collata. Quare habe tibi/quicquid eſt libelli/Habeant per te ſtudioſi omnes/quibus/ni fallimur/vt exiguam ita non omnino aut in

iucundam aut inutilem operā nauasse iudicabimur/ siqui modo non fastidire prius/q̃ legant/in animum induxerint,me certe nihil tam deterrere a iuuandis studiis/siquid modo in ea re possumus/quiuerit/q̃ si ut est apud Salustium/nihil aliud q̃ fatigando/odiū me quærere intelligam / nihilq; magis incendere eó q̃ gratæ doctorꝶ animi significationes /syncereq; ac sine adulationis fuco liberæ de me meisq; sententię/ nam & ea ætate & animo sum/vt ex alijs discere nō illibentius / q̃ docere alios possim.nec me ambitio vlla ad hęc studia/quæ sanè nec cum magna gloria/ vt plerisq; videtur/nec cū modico labore mihi quidem tractantur/sed iuuandi sola cupiditas rapit/cū meo etiam maximo & rei familiaris/& existimationis/vt ab amicis existimatur/etiam dispendio/quorum tamen ego nec opinionem probo/& orationes sino præterfluere / modo in bonam accipi partem/ boniq; consuli qualescūq; labores nostros videam. Vale. Ad.iiij.kal.Iunias. M. D. XXVIII.

Additum in Cælij Epiſtolam/q̃ pridem Egnatius emaculauerat.

IN Marci illius Tullij Ciceronis/ nũq̃ ſatis vel doctrina ac ſcientiæ genere vel vitę moribus laudati/ Epiſtolarum volumine/quædam habẽtur æqualium quoq; eius ad ipſum litteræ / tam ſimili perſcriptæ ſtilo/vt merito parem in illis viris dicẽdi puritatem atq; candorem noſtri hominis antiquitatis ſtudioſi mirati ſint. Has/ vt cætera priſcę illius ætatis litterarũ monumenta/quæ ad nos qualiacunq; peruenere/corruptas/mendoſas/ac laceras caſtigare multi atq; ad priſtinam illam integritatem redigere ſunt adorti/quædam nõnulli fœliciter attigere/ſed (vt vere dicam) codex is magno adhuc in damno eſt.nobis indecorũ ac turpe viſum/ quũ Ciceronem ipſum tam ſingulari memoria proſequeremur/vt vel vnum eum vel cũ paucis ex illa vetuſtate cũ doctiſſimum/tum optimum virum iudicaremus/ſi nõ/ quã & tanti viri dignitas/& meus erga piorũ manium memoriã amor poſceret/ At eã/ quantulãcũq; liceret/ſcriptis eius opem non afferre: Inter tot præſertim operum eius amatores/caſtigatores / lectoreſq; etiã. Amatur ille quidem plurimũ a me/dicamq; etiam/vt arbitror/citra iactantię culpam/nemo vnq̃ ad eius viri libros emẽdandos tantum animi ac cupiditatis attulit/vt q̃plurimos eſſe fatear/qui in eo iuuando plus multo temporis laboris atq; olei impenderint/plus etiã profuerint/q̃ ego

non modo præstare/sed vel optare possim vel sperare. Tantum polliceor me pro virili / nunq̃ singularis viri dignitati defuturum. Est igitur libro/ni fallor/nono in Cælij Epistolis. Cuiusdam initiũ/vt putatur/in hæc verba.

c Quod Marcus Marcellus Consul N.F. de prouincijs consularibus) Vir doctissimus & multæ lectionis Egnatius Venetus quibusdam huius Epistolę notis/ quæ statim subijciũtur / lucem dedit. has vero duas ita est interpretatus/ Nonis Februarijs / nos vero/ & q̃ huius clausulæ structuram imperfectam uidebamus/ si sic legeretur/ & quia senatuscõsultorũ ueterum Ro. quale hoc est cũ superiori Epistola missum á Cælio ad Ciceronem/aliam fuisse formulam lectione priscorum autorũ didicimus/ confestim adducti sumus in eã sententiã/ut corrupta nota prior uideretur: atq; pro .N. reponendam cõsonantẽ .V. quæ/uerba/significet. Cui consequẽs fuit/ut & posterioris alium sensum diceremus. uidelicet/fecit/ut sit totum/uerba fecit. neq;.n. aliter Cicero loquutus est Philippica decima. Quod pansa cõsul uerba fecit de litteris / quæ a .Q. Cepione Bruto procons. allatæ/& huic ordini recitatæ sunt/de ea re ita censeo. Itẽ octaua. Quod Lucius Opimius consul uerba fecit de Rep. de ea re ita censuerunt: uti Opimius cõsul Rẽp. defenderet. Senatus hęc uerbis/Opimi⁹ armis. Item tertia. Quod Tribuni plebis uerba fecerũt/ut senatus calendis ianuarijs tuto haberi/sententięq; de summa Reip. libere dici possint: de ea re ita censeo. Sed & Vlpianus iurisconsultus / ubi de Velleiano senatusconsulto agit / in Iustinianis pan

dectis/Cuius inquit/senatusco͂sulti uerba hæc sunt. Quod Marcus Syllanus & Velleius Tutor consules uerba fecerunt de obligationibus fœminarum/quæ pro alijs reæ fiunt/quid de ea re fieri oporteret/de ea re ita consuluerunt. Tranquillus quoq; de claris Rhetoribus/Fannio/inqt/Strabone/&.M.Messalla co͂sulibus/M.Pomponius prætor/senatu͂ consuluit/quod uerba facta sunt de Philosophis & Rhetoribus/senatores consulti de ea re ita censuerũt/ut M. Pomponius prætor animaduerteret/curaretq;/vt/si ei/e/Rep. fideq; sua uideret/uti Romæ ne essent. possit fortassis & alijs testibus comprobari sente͂tia. Sed hæc abunde satis uisa sunt. Accessit uero coniecturæ huic nostræ ia͂pridem initæ exemplaris quoq; cuiusda͂ manuscripti fides/non illius quidem in plerisq; ualde integri/sed cuius tamen scriptionem extrema pagella cuidam tribueret ludi magistro. alia aute͂ ante eam erat/quæ Francisc͂u Petrarcam præferebat autore͂.ut illud ueꝝ fiat/quod Politiano placuisse uideo de fonte ac capite/unde hi/qui extant/Ciceroniani codices effluxerint/& deriuati sint. Erat igitur in eo exemplari V.littera non/n/ut iam dubij nihil superfit candido lectori.cuius quide͂ officiũ præstitisse no͂ uidetur hac parte Egnatius (pace eius dixerim) profecto enim que͂admodum in codicibus Mediolanensibus duas hasce litteras merito expunctas reprehendit/ita par erat/ut se quoq; illas posteriores notas eorundem codicum beneficio intellexisse no͂ dissimularet. Id satis mirari nequeo obseruationem hanc a͂ Probo Petroq; Diacono in notis prætermissam/hasceq; duas litteras non alia/q͂ usus

ructus/uel/uiuens fecit/significatione donatas: cũ essent in senatusconsultis frequentissimæ. Sed/ut est apud elegãtissimum poetam/nimirum idem omnes fallimur/neq; est quisq̃/quem nõ in aliqua re uidere suffenum possis. nos præter hæc addemus ex eadem Epistola quædam non omnino spernenda.

› Neq; q̃d prius/inq̃t/ex calẽdis Martijs ad senatũ
› referrent/neq; q̃d coniunctim) lego utrobiq;/ne ue quid/ex forma antiquaq; legum senatusq; cõsulrum. quæ lectio in scriptis quibusdã extat exempla
› ribus. Sane cum/inquit/uterq; consul faceret) in alijs aliter/nusq̃ recte/ Ego sola cõiectura ductus le
› gendum ita contenderim. Senatusq; consultũ fa
› cerent. Quod hi/inquit/non tulissent/utiq;/ qui
› cũq; deinceps essent/ad populum plebem ue ne
› ferrent) Scribo/nõ/utiq;/sed uti/quicunq; deinceps. & reliqua/ut ante. subijciemus nũc notas tris/ Inq; eas sententiam nostram non celabimus.

› S.A.D)

Corruptas notas arbitramur/uel illam tertiã ex abũdanti additam/prima autem/senatorum/significare poterit/altera/autoritates/ut sit senatorum autoritates/ uel / senatores autores/ uel / scripti autores/ uel/scriptæ autoritates. tertiam illam planẽ ignoramus. Cælij certe nõ sunt uerba hęc/sed exemplũ est senatuscõsulti hactenus recitati/inde scilicet/ Quod Marcus Marcellus. quod ubi scriptum totum est/qui eius autores fuerint/subijcit/ quod. s. initio promiserat/senatusconsultũ/inq̃t/quod tibi misi/factum est/ autoritatesq; perscriptæ. statim aũt post uerba hæc/ exiguo interposito spacio/quasi tituli uice./ S. C./

scribendum fuerit/ ut significaretur senatusconsultũ subijci/ quod mitteretur. uel/ si & hoc placet/ addatur eo loco duabus his notis & tertia. A. ut Autores ostendat/ Cætera uero/ quæ sequũtur/ pridie calendas octobris / & reliqua/ male ibi posita sunt/ quum post senatuscõsulti uerba subponẽda fuerint. quod & factum est/ ut iam temere repetita uideãtur / sicut & id quoq;/ quod quasi Cælij duæ Epistolæ separatæ sunt/. Siue igitur hæc siue illorum senatorum nomina retinere libet (nam & prioris illius senatuscõsulti autoritates ante ipsius senatusconsulti verba scriptæ sunt/ vt hæ quoq; residere hoc loco perbelle possint/ posterioribus. s. illis abolitis) altera delenda censemus. in qbus tñ alterutris haud modice peccatũ est. atq;/ ut alia nunc prætercam/ quod scribitur.

(Lucius Atteius Lucij filius Ancapito)

Cũ Ancapitones nusq̃ legerimus/ Capitones sępe/ potuit ita notis esse scriptum in hanc sententiam.

(Lucius Attei⁹/ Lucij filius/ Atteij nepos/ Capito)

Sane/ q̃d relatis autoritatib⁹ alterutrius senatuscõsulti/ subijcit/ alteq; senatuscõsultũ est. Cuius initiũ.

(Quod Marcus Marcellus ut de prouincijs)

In quo/ pro/ ut/ scribimus/ ut supra quoq;/ uerba fecit/ erant enim notæ duæ. V. F. quod cũ non intelligerent/ nec/ uf/ scribi posse uiderẽt/ ut scriptũ est.

(Senatusq; consulto/ inquit/ fieri posse)

Vera lectio/ ni fallor/

(Senatusq; consultum fieri possit) item illud.

(P. Ro.) Scribel ĩtegre) p̃toq;. id quoq; nõ recte/

(Nam/ si mihi nõ dedisset eas/ quæ ad ludos ei aduectæ erant affricanæ/ potuit supersedere)

Lego igitur/potui superſedere) uel/potuit superſe/deri.ex ſenſu.s. a dandis muneribus.id.n. eſt quod ſupra dixit/& mihi ſuo munere negociũ impoſuit. aliaq; item Epiſtola. turpe tibi erit Patholicum Curioni decem pantheras miſiſſe/ te non multis partibus pluris. quas ipſas Curio mihi & alias Aphricanas decem donauit.ne putes illum/& reliqua.
Ita factum iam noſtra/puto/ erit opera/ ut Epiſtola hæc/q̃ antehac non ſecus multi vitarant/quã nautæ (vt ille inquit) infames ſcopulos Acroceraunia/cõmode omnibus legi poſſit/nec legi ſolum/ſed etiam exactiſſime intelligi. Quod autem ſupra in ſenatuſconſultis eſt/autoritateſq; perſcriptæ/nominaq; autorum ſenatuſconſulti relata/ſignificat id ipſum Cicero libro de oratore tertio fieri conſueſſe/ cum de L.Craſſo loqueretur.perm ulta/inquit/tum uehemẽtiſſima contentione animi/ingenij/uirium/ab eo dicta eſſe conſtabat/ſententiamq; eam/q̃ ſenatus frequens ſecutus eſt/ornatiſſimis & grauiſſimis verbis/ vt Po. Romano ſatiſfieret/nunq̃ ſenatus conſilium Reip.neq; fidem defuiſſe/ab eo dictam/& eundem (id quod in autoritatibus pſcriptis extat) ſcribẽdo affuiſſe.quod tantũ abeſt / vt Leonicenus ille interpres aſſequatur/vt neſcio qd ex Liuio nugetur ineptiſſime/dum nihil neſcire pudet.

Emendatus Ciceronis locus in secundo de officijs Ad Calcem.

Est eiusdem Autoris celeberrimum & longe vtilissimum mortaliũ vitę opus de officijs/animum pariter corpusq; exornans/siquis modo sequi praecepta velit / quod ego cũ lego (lego autẽ saepissime) videor mihi videre viri vitã ante oculos propositã/ ita nihil his libris docet/cuius nõ ipse moribus exemplum praebuerit: vt facile rear/hominem/qui ita vixerit/ deq; deo/vt illo aeuo / optime senserit / inter Beatorum numerũ collocatum Coelesti illa foelicitate perfrui. Hos libros eius scimus Plinio Secundo ita fuisse cõmendatos/vt ediscendos/nõ modo quotidie in manibus habẽdos diceret/ etiam imperatori.
" Ad secundi libri finẽ ita scriptum est. Sed de toto
" hoc genere/de quaerẽda/de collocanda pecunia/
" etiam de utenda/cõmodius a quibusdam optimis
" uiris ad ianuae mediũ sedentibus/q̃ ab vllis philo-
" sophis vlla in scola disputatur) vbi depravatũ ianuae verbum loci totius elegantiam eneruat/grauitatemq; Ciceronianam(vt ita dixerim)delumbat. pro eo nos/Ianũ/reponimus. De Iano & medio Iano Horatius Flaccus/

Postq̃ omnis res mea Ianum
Ad medium fracta est. inibiq; Porphyrio atq; Acron/veteres poetae interpretes.

Idem autor alibi.

O Ciues/Ciues/quaerenda pecunia primum est/
Virtus post numos. Haec Ianus summus ab imo
Perdocet/Haec recinunt iuuenes dictata senesq;

Læuo suspensi loculos tabulamq; lacerto.
Medium autem Iani Acron in superiorem illum locū ea ratiōe dictum inuit/q tres Iani statuæ essent/ ad quarū unam.i.mediam cōuenire fœneratores solerent:& creditores/alij ad reddendum/alij ad locandum fœnus. Idem postea duos Ianos ante basilicā pauli stetisse ait/quo fœneratores conuenirent/ quod & Porphyrio confirmat/alterum.s.in imo/alterum in summo:ut medium Iani nō statuam iani/ quæ media inter duas alias sita fuerit/sed quasi mediū vici/qui sit inter duos Ianos/acceperit. De eodem Cicero in Philippica septima.non possem sine risu dicere/L.Antonio Iano medio.Ita ne Ianus medius in Lucij clientela sit? Quis.n.vnq̄ in illo inuentus est/qui L.Antonio mille numū ferret expensum? Ouidius. Qui puteal / Ianūq; timet celeresq; calendas. non ignoro & Iani templum in foro Romano fuisse / iam inde á Pompilio rege conditum/ quod á quibusdam Ianua belli nuncupatum sit: dicente etiā Vergilio. Claudentur belli portæ.quod tamē haud quaq̄ uereor/ne tanti apud ullum emunctæ naris studiosum /quibus hæc scribimus / futurum sit / vt aut priorem lectionem seruare / aut nostram emendationem infirmare possit: assentiente præsertim atq; etiam excitante ad eam Crasso nostro extra omnē ingenij ac doctrinæ aleam facile posito.

Restituta eidem syncera lectio Libro de oratore primo.

ATtingimus nunc in eodem Cicerone locum ex iuris ciuilis penetralibus erutũ/cuius nos quoq; præsidio consequuti uidemur/ ut mederi incurabili alioqui morbo possemus. Simul vt autori doctisq; gratificemur/ tentemusq;/ quantum triennij cura in eo genere profecerimus. Quum essemus sex/vt arbitror/ante annis/Patauij studiorum eorum gratia/ oratoriam his temporibus publice profitebatur Romulus Amasæus/vir/ut mihi tum est uisus/apprime doctus & latinæ facũdię plenus/is Ciceronis de oratore libros interpretari orsus exq̃sitissime in eo ope sensus explicabat. Ego /qui ab vrbanioribus studijs auocari omnino nunq̃ quiui/quicquid suffurari temporis iuri ciuili dabatur/ ad eum uirum audiendum totum cõferebam. Inter legendum huc tandẽ uentum est/ubi se ille ita explicuit/ut diceret (q̃d usque quaq; ingenuum/ ut est/ decuit) quũ duplicem triplicẽq; etiam interpretationem intulisset/ nodũ esse iurisconsulto magisq̃ Rhetore indigentẽ. uerba sunt
„ de oratore libro. i. Quid in his paucis diebus? nõ
„ ne nobis in tribunali Q. Pompeij prætoris urba
„ ni familiaris nostri sedẽtibus/homo ex numero di
„ sertorum postulabat/ut illi/unde peteretur/uetus
„ atq; usitata exceptio daretur/ cuius pecuniæ dies
„ fuisset? quod petitoris causa comparatũ esse/non
„ intelligebat: vt/si ille Inficiator probasset iudici
„ ante petitam esse pecuniã / q̃ esset cepta deberi/
„ petitor/rursus quũ peteret/exceptione exclude

› retur/ꝙ ea res in iudicium antea non uenisset.
hæc Ciceronis uulgati codices. quæ si ita legantur/ non modo interpretes humaniorum litterarum/ Sed ne iuris quidem ipsi consulti ueteres (quid enim nouos putem?) Sensum elicient/aut elegantẽ/aut omnino uerũ. Ego igitur ita legendum censeo/particulatim
› subiectis/quæ mendosa duxi. Vt illi/unde petere-
› tur/uetus atq; usitata exceptio daretur/Cuius pe
› cuniæ dies non fuisset.) Quomodo enim dari poterat/aut quæ tandem est exceptio/cuius pecuniæ dies fuisset? hæc.n.sunt uerba ex formula exceptionis.si.n.dies fuisset pecuniæ.s.petendæ/actio petitoris uim suam habuisset/neq; ulla exceptione eliderentur:neq; ea opus fuisset/aut actori/cui nũquã datur exceptio/aut reo/q̃a/cũ dies uenisset/uel fuisset pecuniæ/non poterat excipere. nãq; hic agitur de exceptione/qua excludi consueuerat is/qui ante diem egisset/quæ dubio procul nõ cõpetebat cõtra eũ q̃ tũ peteret/cũ dies uenisset pecuniæ petẽdę. Seq̃t.
› Q̃d petitoris cã cõparatũ esse non intelligebat) hic quoq; abundat/ni fallor/negatio/aut/si eam retinemus/aliter legendum est.nempe sic.
› Quod petitoris causa cõparatũ esset.non intelli-
› gebat/vt/si ille inficiator/& reliqua. Tum hæc.
› Petitor/rursus/quũ peteret/exceptione exclude
› retur) Ita est in meo codice/ At recentiores nrõ librorũ impressores/satis illi q̃dẽ eruditi correxerũt ita.
› Petitor/rursus quum peteret / ne exceptione excluderetur. Verum hi quidem lapsi sunt/ est enim secludenda dictio/ne/ alioqui totus corruit loci sensus. hæc vero post.

ↄ Quod ea res in iudicium antea non venisset) corruptum & hoc/quid enim exciperet/rē in iudiciū antea non venisse.quū venerat?itaq legendū est.
ↄ Quod ea res in iudicium antea uenisset,
ↄ antea.s.ꝙ esset cepta deberi/ quod supi⁹dixerat.
Subijciam nunc verboꝝ omnium iuncturā/totumq locum/vt scribi velimus/declaraboq etiā ita exponamq/vt nō minus veterani & docti litteraꝝ probēt/quod dixerim/ꝙ Tyrones & rudes adhuc percipiant atq intelligant.
ↄ Quid in his paucis diebus?nonne nobis in tribu-
ↄ nali Q. Pompeij prætoris vrbani familiaris nostri
ↄ sedentibus/homo ex numero disertorum postu-
ↄ labat/vt illi/vnde peteret/ vetus atq vsitata ex-
ↄ ceptio daretur/cuius pecuniæ dies non fuisset?qđ
ↄ petitoris causa comparatū esse intelligebat.vt/si
ↄ ille inficiator probasset iudici ante petitam pecu-
ↄ niam esse/ꝙ esset cepta deberi/petitor/rursus quū
ↄ peteret/exceptione excluderetur/ꝙ ea res in iu-
ↄ dicium ante uenisset. Vel ita hæc posteriora.
ↄ Quod petitoris causa cōparatum esset.nō intelli-
ↄ gebat fieri/vt/si ille inficiator. & reliqua/vt pro-
posuimus proxime.vt sit directa locutio/nō per ironiam irridentis/sed miserantis potius. Atq ita sanè locum hunc citat quodam loco Nonius Marcellus. potest & ita ironicos legi.
ↄ Quod petitoris causa cōparatū esse intelligebat/
ↄ vt/si ille inficiator.& reliqua. Possumus & sic.
ↄ Quod/petitor vt causa caderet/cōparatum esse
ↄ non intelligebat.vt si ille inficiator. & reliqua/vt
proposuimus/emēdanda.Est porró totius huiusce

clausulæ sensus is. Creditor debitorem côuenerat/ vt sibi solueretur debita pecunia.ea in diem debebatur.quē tum/cū agebatur/negat debitor venisse. creditoris Aduocatus / cuius erat/ diē venisse/ probare/alioqui quoquo mō poterat/iudicio desistere/ cōtendebat / vt aduersario.i.reo daretur exceptio/ cuius pecuniæ dies nō fuisset/puto/vt transferret in eum probandi onus.quod cū ageret/non intelligebat homo ignarus/id petere/vt ipse causa caderet/ si a reo probatum esset/diem nōdum venisse.Sciendum.n.est/cū quis ante diem peteret / ex lege duodecim tabularꝝ causa cadere solitum. verum nō tū/ cū ageret primo/causa cadebat/sed reus/qui sciret á se ante diē peti/postulabat á prætore exceptionē dilatoriam/cuius pecuniæ dies nō fuisset. At rursus/ quū venerat dies petēdę pecuniæ/creditori petenti obijciebatur a reo perēptoria exceptio ex lege duodecim tabularꝝ / ꝙ.s.plus tempore.i.ante diem petisset/& rem ante diem in iudiciū deduxisset. ideoq̧ pronunciari petebat reus/creditorē causa cecidisse. Itaq̧ bis agebatur/vtrāq̧ actionē duabus exceptionibus/altera dilatoria/quæ rem ad tempus soluēdæ pecuniæ differret/ altera perēptoria/ quæ ius omne creditori adimeret/reus elidebat. Quæ omnia veteris iuris dogmata/quāuis prope in desuetudinē abierint/Apud Iustinianum tamen in institutionibus ciuilibus sparsim notata extant.ea nos in mediū attulissemus/si nō fastidio parcendū fuisset.Hanc remur germanā esse Ciceronis scripturam atq̧ sentētiam: quæ/quia parum a multis percipiebatur propter iuris.s.ciuilis ignorantiam / iccirco fœdissimis mendis

inquinata est. nequaq̃ tñ tm̃ nobis aut arrogamus aut placemus/vt nihil præterea dici/quæri/atq; excogitari velimus.quin/si quis est/qui vulgatam lectionem decoro quopiam sensu tueri audeat/eum nos & audituri/&/si probet/secuturi etiam sumus. nam Leonicenus quidem ille eius operis interpres ineptum nescio quid comminiscitur/nec quod vlla autoritate ratione ue confirmetur. Inspiciendos aũt præcipue veteres codices monemus:in quibus plurimũ argumenti adhæc sitũ est. Miror/quid in mentem venerit Nonio Marcello inficiatorem hoc loco falsi criminis obiectorem esse dicere/cum significet planè negatorem/qui inficietur venisse diem soluendæ pecuniæ.

Illustratus Ciceronianæ Epistolæ sensus. Tum de diuidendis in Senatu sententijs notata quæpiam.

RVrsus ad familiares Epistolas.Quæ tametsi sũt in manibus quottidie multoꝝ eorũq; doctoꝝ hominũ:quorundam etiã/qui se animi gratia ac stili legere profiteantur/quos pudeat/in his quicq̃ parũ pcipere confiteri/mihi tamen scatere mendis & sentibus veluti qbusdã esse obsitæ videnť.vel hic vnus/quem subijciam/locus cui nõ planus/lucidus/ac vel vsq; in viscera notus?cui suspectus vnq̃?cui dubius? A quo/vt alij multi hoc opere/Asterisco signatus ẽ? Quũ tamen ita/vt est/scriptum nõ sit/ qui ita interpretari possit/vt sententiã nõ dicam docto homine/sed sobrio dignam eliciat. Epistola secũda Ad Len

tulum hęc verba habet vulgo ita scripta distincta q;.
ↄ Postulatum est/vt Bibuli sententia diuideretur/
ↄ quatenus de religione dicebat. Cui rei quia iam
ↄ obsisti nō poterat / Bibulo assensum est de tribus
ↄ legatis.frequentes ierunt in alia omnia.)Hæc nos
dubio procul perperā distincta contendimus.Ita.n.
oportuit.
ↄ Postulatum est/vt Bibuli sentētia diuideret/qua-
ↄ tenus de religione dicebat. cui rei quia iam obsisti
ↄ nō poterat:Bibulo assensum est. De tribus lega-
ↄ tis frequentes ierunt in alia omnia)hoc sensu/qđ
ad religionem attinebat/vt.s.rex sine exercitu redu
ceretur/Bibulo assensum est/de tribus legatis mini-
me.cū enim quasi biceps esset Bibuli sententia/q.s.
vna verbo℞ conceptione duo proponeret/vnum/
ut propter religionem & sibyllina Carmina rex sine
exercitu in regnum deduceretur/Alterum/vt á tri-
bus legatis/postulatū est/vt sigillatim de vtroq; sen
tentiæ capite referretur.nō autem/vt accepisse vi-
detur Egnatius/quē vi℞ semper honoris causa no-
mino/diuideretur.i.separatim á sentētijs Hortensij
& Volcatij referretur. Quid sit diuidere sentētiam/
Quid iri in alia omnia/quibus verbis Cicero/ Cæ-
lius/Hirtius/alij vtuntur/quāuis in ea re Gellij Asco
nij q; autoritas præferatur/Ego tamē appositissima
Plinij iunioris verba subnectam/qbus singulare exē
plum continetur in hoc genere. Referebatur in
senatu/inquit/ de libertis Affranij Dextri consulis/
incertum/sua an suorum manu/scelere/an obsequio
perempti. Hos aliquis: Ego (sed nihil refert) post
quæstionē supplicio liberandos/alius in insulam re-

legãdos/alius morte puniendos arbitrabatur. quarũ sententiarũ tanta diuersitas erat/vt non possent esse nisi singulæ. quid enim commune habet occidere & relegare? nõ hercle magis/q̃ relegare & absoluere. quanq̃ propior est aliquanto sententiæ relegantis/ quæ soluit/q̃ quæ occidit. vtraq; enim ex illis vitam relinquit/hæc adimit. cũ interim &/qui morte puniebant/&/qui relegabant/vna sedebant/& temporaria simulatione concordiæ discordiam differebant. Ego postulabam/vt tribus sententijs constaret suus numerus/nec se breuibus inducijs duæ iungerẽt. & infra paulo. fingamus tris oĩo iudices in hanc cãm datos esse/horũ vni placuisse perire libertos/alteri relegari/tertio absolui/vtrum ne sententiæ duæ collatis viribus nouissimã perimẽt/an separatim unaquæq; tantũdem/quantũ altera ualebit? nec magis poterit cũ secunda prima cõnecti/q̃ secunda cũ tertia. Igitur in senatu quoq; numerari tanq̃ contrariæ debent/quæ tanq̃ diuersæ dicuntur. Quod si vnus atq; idem & perdendos censeret & relegandos/nũ ex sentẽtia unius & perire possent & relegari? num deniq; una omnino sententia/quæ tam diuersa coniungeret? quẽadmodum igitur/quum alter puniendos/alter censeret relegandos/videri põt vna sententia/quæ dicitur à duobus/quæ nõ uideretur una/ si ab uno diceretur? Quid Lex? nõ aperte docet/diuidi debere sententias occidentis & relegantis? cum ita discessionem fieri iubet. Qui hæc sentitis/in hanc partem/qui alia omnia/in illam partem ite/qua sentitis. Et paulo post. At enim futurum est/ vt/si diuidantur sententiæ interficientis & relegan-

tis/prçualeret illa/quæ abſoluit. Quid iſtud ad cenſentes? Quos certe non decet/omnibus artibus/omni ratiõe pugnare/ne fiat/quod eſt mitius. oportet tamen eos/qui morte puniunt/& qui relegant/abſoluentibus primum/mox inter ſe comparari. ſ. vt in ſpectaculis quibuſdam ſors aliquem ſeponit/ac ſeruat/qui cum victore contendat/ſic in ſenatu ſunt aliqua prima/ſunt ſecunda certamina: & ex duabus ſententijs eam/quæ ſuperior exierit/tertia expectat. Et mox. optimum quidem/quod poſtulabam. nihilominus tamẽ quæro/an poſtulare debuerim? quẽadmodũ abſtinuit is/qui ultimũ ſupplicium ſumẽdum eſſe cenſebat. neſcio/an iure/certe æquitate poſtulationis meę uictus/ommiſſa ſententia ſua/acceſſit releganti: veritus. ſ. ne/ſi diuideremur ſententiæ (quod alioqui fore uidebatur) ea/quæ abſoluẽdos eſſe cẽſebat/numero prævaleret. etenim longe plures in hac una/q̃ in duabus ſingulis erant. Tũ illi quoq;/qui autoritate eius trahebantur/tranſeunte illo deſtituti/reliquerunt ſententiam ab ipſo autore deſertam. Sequutiq́; ſunt quaſi trãſfugam/quẽ ducẽ ſequebantur. Sic ex tribus ſententijs duæ factæ/tenuitq́; ex duabus altera/tertia expulſa. quæ cũ ambas ſuperare non poſſet/elegit/ab utra uinceretur. Hæc Plinius/quibus & uerbis ipſis legis oſtendit/qd ſit/in alia omnia ire/& diuidere ſententiã. fuit autẽ/neq̃ omnino cogitationum noſtraꝶ abſcõdamus/quum exiſtimarem/hoc loco accipi debere/diuideretur. i. in eã diſceſſio fieret/quatenus de religiõe dicebat/diuidebantur enim ſenatores/vt/qui aſſentirentur/in unã partẽ/qui diſſentirent/in alterã irent/

qđ nc omnino quidem adhuc improbo / alia.ſ.diui‑ſione/q̄ illa/de qua Aſconi⁹ noſq; ſupra/ut utraq; tñ in Bibuli ſententia locũ habuerit / ſiquidē & in duo capita partita eſt/ & prius caput diuiſum.i.diiudica‑tũ pedũ ſententijs.Diſtinctionem aũt noſtram præ‑clare uerba illa inſequentium litteraꝝ confirmant. quod iam/inquit/illam ſententiam Bibuli de tribus legatis fregeramus. diuidere ſententiam Cicero in Piſonē quoq;/diuiſa/inquit/ ſentētia eſt/ poſtulante neſcio quo. In alia uero omnia ire aut trãſire aut di‑ſcedere eſt ipm quoq; apud multos.Cicero ad Plan cum/qui quũ/inquit/gratia effeciſſet/ut ſua ſenten‑tia prima pronunciaretur/frequens eum ſenatus re‑liquit/ & in alia omnia diſceſſit. Cælius/nam/quum de interceſſiōe referretur/quæ relatio fiebat ex ſe‑natuſconſulto/primaq; M.Marcelli ſententia ꝓnun‑ciata eſſet/qui agēdum cũ tribunis plebis cenſebat/ frequens ſenatus in alia omnia ijt.A. Hircius in ſuo cōmentatio/nam Marcellus/inquit/proximo anno quũ impugnaret Cæſaris dignitatem/contra legem Pompeij & Craſſi retulerat ante tempus ad ſenatũ de Cæſaris prouincijs.ſententijſq; dictis/diſceſſionē faciente Marcello/qui ſibi oēm dignitatē ex Cæſa‑ris inuidia quærebat/ſenatus frequens in alia omnia tranſijt. Addemus & illud ex eadem Epiſtola tanq̄ coronidis vice/quod in ea eſt.

› Proxima erat Hortenſij ſentētia.cui Lupus tribu‑
› nus plebis/quod ipſe de Pōpeio retuliſſet/inten‑
› dere cœpit/ante ſe diſceſſionem oportere facere
› q̄ cōſules) obſcurus enim locus/cũ q; ineptũ id uidei cōtra Hortenſiũ dici/ qui cōſul eo anno nō

esset/tũ vero/quia ex Gellio patet dictatori primo/ Inde consulibus/tũ prætori/mox tribunis plebis cõsulendi ius fuisse / idq; ex Terentij Varronis autoritate. Inde subijcit Cicero/ eius orationi vehemẽter ab omnibus reclamatum est/erat.n.iniqua & noua. Cæterum ita accipi potest/ut dicat/non modo pręferri debere Hortensio/sed cõsulibus quoq; ipsis tribunum.nãq; id nõ probo/quod quibusdã viris eruditissimis placet/ea se ratione anteferri Lupum voluisse/ꝙ de Pompeio.i.de Reip. principe retulisset. q̃q̃ ne ipsi quidem ineptam eam rationem fuisse inficiantur/verũtamẽ a Lupo propositam. quod mihi nõ uidetur. sed iure potius sui magistratus putasse/ se prius discessionẽ facere oportere/q̃q̃ id omnibus iniquũ neq; ab vllo unq̃ ante postulatum iudicabat. tametsi ea erat tribunatus autoritas/ut cõstet dictatore cõstituto hunc unũ magistratum suam in Rep. potestatem retinuisse/ autor pluribus locis Plutarchus alijq;.

Veternum Ciuitatis in eodē opere/veterano expulſo/conſeruatum/expoſitū´q; contra quorūdam ſententiā. Aliaqꝫ pluſcula loca reſtituta.

NOn poſſum Hercle ſatis interdum mirari/tantā quorūdam hominum indiligētiam/qui uel imprimendis uel interpretandis autoribus ita ſe ſe ſupine gerant/ut nihil penſi habeant/quo qdqꝫ modo aut ſcribatur aut intelligatur. In vno alteri ferēdi/ꝙ ingenue ſibi occultum eſſe ſenſum cōfitenř. quod ſi/qui operam ſuā bonis autoribus nauare pollicētur/ea vterentur cura/ꝗ poſtulare id genus operis videtur/profecto & longe emēdatiores libros haberemus/& eò fieret/ut in priſtinum reſtitutis tandem ueteribus autoribus/ad noua condenda ętas noſtra animū adijcere poſſet. quouſqꝫ enim ſe ingenia polita atqꝫ ſubtilia in alienis libris conterent? neqꝫ uero id ego in eam ſentētiam diſputo/ꝙ uel me ſuſcepti operis pœniteat/uel ꝙ alios ab eo nitar deterrere. finem cupio annotatio ibus imponi/ſed/nondum expurgatis mendis nō cupio/quin/ut nunc ſe res habet litteraria/valde eam ſcribendi rationē neceſſariam exiſtimo. quis enim ſperet/corruptis bonis ueterum autorum libris/boni quicꝗ operis á nobis edi poſſe/quū & res ipſæ/quæ diſcendæ ſunt/& oratio/qua illuſtrandæ/non aliunde/ꝗ ex priſcoꝝ monumētis iiſqꝫ itegris promi queát? Itaq; in id maxime opus incūbendum eſt/vincenda barbaries/male doctoꝝ incuria/librarioꝝ inſcitia ſuperanda ac fuganda eſt/bonis prſertim ingenijs iam ex omni Europa ſcatē

tibus. Sed ego ad rem redeo. Pius Bononiensis in annotationibus suis/ quũ uersum Martialis/ vt ipse putat/ corrigeret/ ut aũt mihi uidetur / deprauaret/ ac multa superflue de veterno in eum locũ cõgesis-set/ Impegit tandem in hunc quoq; scopulum/ vt di-ceret/ quod est in Ciceronis Epistola ad Cælium in hæc uerba/

ɔ Erat in eadem veteranus ciuitatis:

Quum veternum/ vel/ veternus/ legi oporteret/ vt & in nõnullis est codicib⁹/ & animaduersum ab alijs ante erat/ mihiq; multo quoq; ante prouisum / q̃ in eius opusculum illud inciderẽ/ aut alioꝶ annotatio-nes/ quæ locũ hunc exponerẽt/ eo sensu accipi opor tere/ vt pro veterno Pompeium Magnũ significari a Cicerone intelligamus. Quod cõmentũ inde mul tis ab eo cõuestitur figmentis. Cuius viri Autoritas tametsi mihi/ quũ iam loci cũ restitutionem/ tum sen sum omnẽ plane excogitassem / exscripsissemq; etiã breuibus/ vt soleo/ memoriæ tantũ meæ gratia / ni-hilo tamen magis a sententia sum dimotus. Confir-matus quidem in eam opinionem/ q̃ ante de eo uiro conceperam / Hominẽ esse præcipitis peruersiq; iu-dicij/ cuiq; haud ita facile assentiendum sit. Siquidẽ vno illo in capite / ut alia ommittam/ & Martialem peruertit/ & Iuuenalis uersum optime scriptum ten tat infringere / & nostram hanc sententiam prorsus nihil assequitur. Quæro enim si Cicero quasi segnẽ/ inertem / ac cessantẽ Pompeiũ / pungere ac notare uoluisset/ cur nõ honestius elegantiusq; multo vete-ranum eum q̃ veternum appellaturus fuerit? Quod uerbum & ad militem pertinet/ qualem se tota uita

Pompeius præstiterat / & ad eum militem / qui iam emeritis stipēdijs in ocio vitam deinceps agere destinet: & quasi rudem militiæ/ depositis armis/accipiat. Cur igitur eorū se numero ascribit/qui veternū reponant/veteranū cōfodiant/ ac legi vetenti quū sensum inuehat illi verbo/quod delet/ aptissimum atq̄ cōuenientē: nisi q̄ prius iudicio caret/ ferturq̄ tanto nouitatis impetu/vt/qđ agat/non intueatur. Idem non contentus vno loco testatam temeritatē suam reliquisse/gloriatur etiam in plautinis cōmentarijs/hoc á se vno uisum/atq̄ prospectū/quasi non uel eo sit miserabilis/q̄ inuenti sui neminem sit vnq̄ astipulatorē aut subscriptorem habiturus. Sed temperemus ab hominis ne de facie quidem noti contumelijs/cuius nihil pręter verbosam iactantiā horridamq̄ atq̄ inconditam petulantiam mediusfidius odimus. Errorem eius turpiorem facit præceptoris Beroaldi eruditissimi viri curiosa perpensaq̄ solertia in hoc scribēdi genere/ Huiusq̄ etiam ipsius loci diligens explanatio/post cuius operā p̄teriri á nobis quoq̄ poterat / si non & magno cū dolore spoliari a nobis nostra gloria nosipsos/qui idē/quod Beroaldus/collatione locorū coniecturaq̄ ante deprehenderamus/q̄ ex scriptis ipsius (dijs testibus) didicissemus/ferremus/& confidentē pij istius asseuerationē periculosam esse studiosis arbitraremur. Scribendum igitur hac parte/veternum/pro veterano/non dubitamus/& pro ciuitatis Ro. desidia accipiēdum. Id ita esse perspicuum fecerit Cælij verba ex Epl'a/ cui p hác á Cicerone responsnm est. Inquit Cælius. Consules autem habemus summa diligentia. adhuc

senatuscõsultum/nisi de ferijs latinis/nullum facere potuerunt. Curioni nostro tribunatus conglaciat. sed dici nõ potest/quomodo hic omnia iaceant/nisi ego cũ tabernarijs & aquarijs pugnarem/veternũ ciuitatem occupasset. Hæc Cælius. Cæteꝝ/ quid impedit/& sequentes huius Epistolæ clausulas quasdam interpretari/ quando huc processimus?

ↄ Et cõgelasse/iqt Cicero/nr̃ amicũ lętabar ocio.) Amicum suum Curionem intelligit/quẽ semper suspectum nimio plus habuit/vt præcipitem ac temerarium Cicero/ nõ Pompeium/vt isti rentur/apparet id ex prescriptis Cælij verbis.tũ ex his/quæ scribit Libro Septimo ad Volũnium Cicero de eodem (vt puto) Curione sentiens. illa/inquit/quãuis ridicula essent (vt erant) mihi tamen risum non mouerunt. Cupio enim illum nostrum amicum in tribunatu q̃plurimum habere grauitatis.

ↄ Extrema pagella pupugit me tuo chyrographo) de pagella hac nugat̃ interpres. Illud intelligit Cicero/quod ita est in Cęlij litteris scriptum.quod tibi /inquit/suprascripsi Curionẽ frigere/ Iam calet/nã feruentissime cõcerpit̃. leuissime.n.quia de intercalando nõ obtinuerat/transfugit ad populum:& pro Cęsare loqui cæpit. Hæc ille/qui pauloante id significarat/quod & alijs monumentis proditũ est/ Initio vz.tribunatus Curionem Cæsari aduersatum summopere/post in gratiam redijsse / cũ maxima totius ciuitatis & imperij pernicie. Id etiam nõ ommittemus/quod subijcit Cicero.

ↄ Cæsarem non defendit Curio.)

Pro/nõ/& si quis id ptinaciter tueatur/reponi tamẽ

posse/vel/Iam/vel/quod magis puto/nūc/vt fit cū interrogatione/admirationeq́;/
› Cæsarem nunc defendit Curio?)
Sed & illud quis non videt absurdū esse/qđ hic est?
› Nam ita in via putaui.)
Scribēdūq́; potius/vt ī alijs quoq́; codicib⁹/quos mi ror ab Aldo manutio solertissimo hoīe nō sequutos/
› Nam/ita viuam/putaui.)
Contemnant hæc quidā/& leuiora existiment/ego his corruptis/perire candorem omnē & sensus ele- gantiam omnino video. nō omnittam id / cuius me admonuit vir doctissimus / mihiq́; imprimis amicus Io. Petrus Crassus ciuis ac p̄ceptor me⁹/quod ante legebatur/legiturq́; etiam nū vulgo/
› Mihi erat in animo/qm̄ iurisdictionē cōfecerā/ci- uitatis locupletare / in publicanis etiā superioribus lustris reliqua sine socio℞ vlla querela cōseruata/in priuatis summis infimis fueram iucundus/proficisci in Ciliciam.) ita legi oportere/mihi erat in animo/ qm̄ iurisdictionē confeceram/ciuitates locupletarā/ publicanis etiam superioris lustri reliqua sine socio℞ vlla querela cōseruarā/priuatis summis infimis fue- ram iucundus/proficisci in Ciliciā.)
quod & sensus ipse alioqui nullus ostendit/& similis in Epistolis ad Atticū sentētiæ expressio/ Plutarcus de locupletatiōe ciuitatū mira p̄didit. Supra quoq́;/
› Q m̄ comicos martyr (vt opior) accidit phānia) accedit/ emendauit Ludouicus Rodiginus vir do- ctus/ quem nos ita probamus / si pro/qm̄/legatur/ cui/uel quoi/sensu alioqui ineptissimo. quid sit autē Comicos martyr idē ille satis explicat.

Repositum Catullianis Epigrammatis Cotonis vitiatum nomen. Aut Catonis certe declaratũ.

HAbemus preterea multa/ quæ in Ciceronis opa/ præcipueq; orationes atq; Epistolas nõ indigna lectu notẽtur/ sed & ea longiorem operam desyderant/ & nos varietatis iucunditate detinere lectorẽ volumus. Quare ad lepidissimi vatis Catulli cõterranei nostri/ vt ille inquit/ Epigrammaton libellum emaculandum quadãtenus accedimus. Qui tametsi á multis adiutus/ fultus/ concinnatusq; superioribus annis est/ neq; ferẽ doctoꝝ quisq̃ fuit/ qui in hoc veluti mangonio versati sint/ qui nõ docti poetæ opusculum aliquo auxilio subleuarit/ Superfuere tamen & nobis multa/ quæ castigaremus. neq; vero cõmittendũ est/ vt ab externis nauata autori opera/ á nobis/ qui & Veronenses aliquando ciues fuimus/ & in ea vrbe litterarum rudimenta percepimus/ intactus inadiutusq; penitus relinquatur. Epigrãma eius est/ vt vulgo inscribitur/ ad Catonẽ. Cuius initiũ.

ɔ O rem ridiculam Cato & iocosam.

In eo menda latet/ q̃ tamen interpres quidam non præterijt indictam/ ait enim ideo nõ videri sibi esse ad Catonem scriptũm Epigramma/ q; is non fuerit æqualis Catullo. i. eodẽ tempore. quod tametsi inscite dicitur/ cũ & ad Cæsarem/ ac Ciceronem scripserit/ multisq; præterea argumentis cõuinci possit. Sed cũ maxime æqualis Catoni fuerit/ qd causæ est/ quod de re ridicula ita maxime ad Catonẽ scribat? aut quid censemus fuisse Catullo cũ Catone fami-

liaritatis/homini faceto cũ Seuero/leui cũ senatorio & graui: dicat fortasse aliquis/nomine Catonis quẽlibet tetricum & iniucũdum hominẽ intelligi/quasi Catullus aduocet ad ridendum seueros oẽs/utpote quorum etiam risu dignam rem habeat/ quã narrat. Sicut est apud Martialem quoq; primo Epigrãmaton libro. Sed Catullus certũ hominẽ appellare uidetur/cũ dicit.

Ride/quicquid amas Cato Catullum.

Ego itaq; pro Catone Cotonem legẽdum censeo. nam & facilis fuit immutatio/& verisimile est/fuisse magnã Catullo cũ Cotone poeta sui temporis (vt Ouidius eũ appellat) leui/ & eius persimili cõiunctionem familiaritatemq;. nam & ad Cornificium supra & Caluũ poetas eiusdem æui scribit/ q̃bus cum arctã ostendit se cõsuetudine vixisse. Tuo Catullo /inquit/& tuum Catullum. Quã sententiam cõprobare & illud uidetur/quod ait.

Dignamq; auribus & tuo cachinno.

Quasi ad iocosum hominẽ scribat. quid autẽ cõtra alienius á Catone q̃ cachinni: cum/ si Plutarco credimus/prẹter ea/quæ plurima tota vita prẹstitit/seueritatis maximẹ Argumenta/uel á puero ita ad risum tardus fuerit/ut ore tm̃ usq; ad risus significationem renideret/idq; praro. Deniq; frustra ducimus/ in re notissima luctari. cũ exemplar seueritatis semp & habitus sit & prædicatus. De Cotone vero Ouidius Naso/in enumeratione lasciuoꝝ poetaꝝ/inq̃t.

Et leue Cornifici parq; Cotonis opus.

Quod si/vt q̃busdã uidetur/apud Ouidiũ eo loco/ Catonis legi placeat /in quo nõ magnope cõtẽde-

mus/q ea res & leuior/nec satis certa sit/Catonem hic quoq retinebimus/ac/ne lusisse operá/ omnino uideamur/Catoné hunc nõ dubitamus eundé esse/ qui apud Ouidium/eum/sunt/qui Valeriũ Catoné accipiãt/de quo Tranquillus in libello de claris grãmaticis/siue quicũq ille tandé est autor operis eius/ fuisse libertum ex Gallia Burseni cuiusdam/ qui licétia Syllanorũ temporũ patrimonio exutus grammaticé docuerit/visusq sit pidoneus pceptor maxime ad poetas tendẽtibus/ut appareat his uersiculis.

Cato grãmaticus latina scyren/
Qui solos legit ac facit poetas.

scripseritq præter grãmatices libellos ẽt poemata/ ex quibus præcipue probata fuerit Lydia & Diana. Cæteraq de eo apud illum autoré fusius tradita. Non ab re est Catonem hunc decurioné/vt uideri potest/á nobis haud ita magno sumptu ornatũ/adıtamento quopiam á leuitate tueri. Iuuenculorũ igitur in Epigrãmate ad puerum/ qui dedisset Furio delitias/multo significantius lectum iri putamus/q̃/ Iuuentiorũ/quãuis maxime puerum hũc Iuuentium fuisse interpretemur/cui alijs etiam uersiculis blandiatur. tanto enim sic lepidius est atq ẽt efficacius/ quanto præstat totam Romanam iuuentuté/ q̃ vnã Iuuentiam pulchritudine anteire. Verbo eius primitiuo/ut grãmatici dicunt/usus Plinius uel de gallinis loquens/ex his/inquit/iuuencę plura q̃ ueteres. vsus Horatius/te suis matres metuunt iuuencis. quo loco Porphyrio apud eum his uerbis notat. Iuuenci ergo non tantũ boues dicuntur / sed homines/quãuis in usu sit/vt nõ nisi per diminutionem iuuenculos di-

camus. Acron inscite per metaphorã putat dictum. est enim iuuenci proprie generale verbum/translatum vero ad boues. quin idem ille Porphyrio eo loco/ Leta quod pubes hedera virenti gaudeat pulla magis atq myrto. per allegoriã/inquit/ hoc signat/ iuuenculos iuniores mulierculas quærere. ex nostris idest recentioribus Pomponius Letus nõ parui autor nominis/in compendio/quod Romanæ historię ad Franciscum Borgiam scripsit/ita de Cõstantino Maximo/in ea/inquit/expeditione iuuẽculus plus/ q̃ pmitterent anni/gessit. est pro nr̃a sn̄ia illud.

Non quot sunt modo/sed quot aut fuerunt/
Aut posthac alijs erunt in annis.

Matrucini indidem expunctam vocẽ /Marrucini inuectam / Idq qua ratione / multaq præterea castigata loca.

PErsimile est in eodem autore mendum / in Matrucini nomine/eo Epigrãmate / quo repetit ab Asinio Pollione subtractum sibi linteum in Cœna/ hoc initio/

ↄ Matrucine Asini manu sinistra
ↄ Non belle uteris in ioco atq uino.
ↄ Tollis lintea negligentiorum.

Id verbũ/ quia quibusdam futile ac nihili est visum/ deletum eiectumq ita est / odio puto obscuritatis/ ut ne ullum quidem vestigium superesset. Scriptũq pro eo est/

ↄ Inter Cœnam Asini manu sinistra.

Quod ego tamẽ supposititiũ arbitror/cũ subijciat.

In ioco atq; vino / quod.s.significat/inter Cœnam. Quũ igitur neutrũ probem facile adducor/vt vna mutata literula/quod supiore quoq; loco vel factũ/ vel tentatum est / sua verbo integritas / suusq; Vati nitor reddatur. Cupio.n.idq; testatum cunctis esse volo/in hoc scribẽdi genere/ q̄minimum de vsitata lectione mutari/ si modo reduci ad integrũ sensum ea leuitate oratio queat. Alioqui/si pro cuiusq; libidine integra verba clausulasq; etiam totas expũgi/ substituiq; pro his alias permittimus/ verendũ est/ ne hęc effusa nimis laxaq; licentia in perniciem autorum cõuertatur. Lego igitur.

Marrucine Asini manu sinistra.

De Marrucinis Italiæ populis nemo non aliquid legit.ex qbus oriundos Asinios fuisse uideor mihi (ni fallor) ex autore Liuianæ Epitome libro septuagesimo tertio/collegisse/apud quem his verbis scriptum inuenimus. Sed &.C.Marius Marsos prœlio fudit/Hirnio Asinio Marrucinorum prætore occiso. Ex qbus facile colligas Asiniis inde Romæ cognomen Marrucinis mansisse/aut/si id parum constare videtur/toti.s.generi cognomen id inditum/eo gentis nomine poeta Asiniũ hunc appellarit/quasi parũ dignum Romano genere ac nomine / qui tam insulse cũ conuiuis iocaretur.Erat quidem in quibusdã quoq; impressis codicib⁹ integra ea dictio.sed iis ita veteribus/ut præ nouis his in desuetudinẽ abierint: quasiq; exautorati sint.nec apparebat vlla certa ratio lectionis/ideoq; variatũ/quare hoc nobis adnotare libuit/ne deinceps ambigeret. Addo in eodẽ Epigrãmate legi debere/vt aliis quoq; recte visum/

› Hoc salsum esse putas / fugit te inepte/
› Quáuis sordida res & inuenusta est.
nõ/vt interpres/ falsum/honesta autem locutio/fu‹
git te/absolute positũ/quali & Varro vsus/vide/in
quit Atticus/ne te fallat.plenũ est/ quod ante dixit
Catullus/Fugit me ratio.quáuis autem est quantũ‹
uis/idem Varro/At Q .Lucinius senator/inquit/ho‹
mo quáuis humanus & iocosus. Adijciamus sanè &
alia quæpiam inter legendum/vt soleo/cursim no‹
tata/nec/iudicio nostro studiosam iuuentutẽ priue‹
mus. In Epigrámate/quod est in Mamurram ac Cæ
sarem/legitur versiculus.
› Paterna primum lancinata sunt bona)
Tu/si me audis/vt ratio metri constet/Leges/vt se‹
cunda etiam tertiaq;/
› Paterna prima lancinata sunt bona.
lancinandi verbo Plinius quoq; vsus/at hi/inquit/In
ipsa nare caput condunt/paríterq; spiritum præclu‹
dunt/& mollissimas lancinant partes. Quid illud in
tertio Epigrammate / in quo passeris mortẽ deflet?
vide num ita/vt est scriptum/legere velis/
› Nam Mellitus/erat/suamq; norat
› Ipsam tam bene/q̃ puella Matrẽ/an/ut ego puto/
› Ipsa/tam bene/q̃ puella matrem.
Nam metri quidem ratio sæpius in eo genere ab eo
spreta nihil obfuerit. Obiter id quoq; testabor/me
haud quaq̃ Politianũ in interpretatione Catulliani
passeris sequi/sed eos potius / qui auiculam in deli‹
tijs puellæ habitã cõtendũt/ut Hiantidi stellæ colũ‹
bã/eo potissimũ Epigrãmatis Martialis argumento/
quo nihil aptius refellẽdo Politiano excogitari põt,

Accidit infandum nostræ scelus Aule puellæ/
Amisit lusus deliciasq; suas.
Nõ quales lepidi plorauit amica Catulli
Lesbia delitijs passeris orba sui/
Nec stellæ cantata meo/q̃ fleuit hiantis.
Cuius in Elysio nigra columba uolat.
Lux mea nõ capitur nugis nec amoribus istis/
Nec dominæ pectus talia damna mouent.
Viginti puerum numerantem perdidit annos/
Mentula cui nõdum sesquipedalis erat.

Nam & alioqui Hermolaus in Pliniano Corollario eum sententiam primũ Festo autore adiuuãs/ haud ita dum tamẽ recipit. Nos adijcimus non leue Plinij iunioris testimoniũ/ qui ad Mamilianũ in castra scribens de versiculis suis & lusibus. tu/inquit/ passerculis & columbulis nostris inter aquilas vestras dabis pennas/si tamen & tibi placebunt/ si tantũ sibi/cõtinendos cauea nido ue curabis.

Existimabis præter hæc lector / quod est in quarto Epigrammate sic/

ɔ Et inde tot per impotentia freta/
ɔ Herum tulisse/leua siue dextera
ɔ Vocaret aura/siue vtrũq Iuppiter
ɔ Simul secundus incidisset in pedem.

Cum habeant exemplaria alia pro/vtrũq/vtcũq/ num legi possit/

ɔ Vocaret aura/siue vtcũq Iuppiter
ɔ Semel secundus incidisset in pedem.

Neq dum tamẽ vsq̃ legi semel / sed cõiecturam tñ sequor/alioqui/ simul legendo/ nõ uideo quomodo aliter accipi possit/q̃ pro/ simul atq;.i.quum/ postq̃/

vbi primũ/ſicut Horatius/quæ/ſimul inuerſum con/ triſtat Aquarius annũ/& alibi ſæpiſſime. Si vero ſe/ mel legimus/aperta ſentẽtia eſt. Apponemus & de nautico pede nõ nihil/vt inde appareat/quæ maxi/ me ſequenda lectio. Lucanus. Et flexo nauita cornu Obliquat leuo pede carbaſa. Idem. Quo nunc pede carbaſa tendi. Cicero libro de oratore tertio / vbi de trãſlatis verbis tractat/ atq; hoc in genere/inqt/ perſæpe mihi admirandum videtur/ quid ſit / quod omnes trãſlatis atq; alienis magis delectantur ver/ bis quã proprijs & ſuis. nam/ſi res ſuũ nomẽ & pro/ prium vocabulum non habet/vt pes in naui/& reli/ qua interiecta/neceſſitas cogit/qd nõ habeas aliũde ſumere. Plinius libro ſecundo/ijſdem autem ventis/ inquit/nauigatur in cõtrariũ ꝓlatis pedibus/ vt no/ ctu plerũq; aduerſa vela cõcurrant. Plautus remos nauiũ pedes dixit/ſi Nonio credimus. Indidẽ eſt.

ↄ Neq; vlla vota littoralibus deis
ↄ Sibi eſſe facta/quum ueniret á mari
ↄ Nouiſſime hunc ad vſq; limpidum lacum.

Quũ legeretur / nouiſſem/ repoſuit Sabellicus/no/ uiſſime/quod aliter nõ exponetur recte/quã/proxi/ me/q.d. quũ iam eſſet vetus. Ego video/nouiſſimo/ elegantiſſime mutari/vt ſit/nouiſſimo mari/qd ma/ gná habet emphaſim. Littorales dij ſunt/quos Ver/ gilius oſtẽdit/Votaq; ſeruati ſoluẽt in littore nautæ Glauco & Panopeæ & Inoo Melicertæ.
Quẽ Græci Palæmonẽ/noſtri Portunũ dixere.
Sanè miror/quid eidem Sabellico uenerit ĩ mentẽ/ paulopoſt/vbi recepta lectio habebat/

ↄ At certe tamen/inquiunt/quod illic

ↄ Natum dicitur/ære cōparasti
ↄ Ad lecticam homines.
vt pro/homines/hominum/scribi oportere dixerit/ magno metri sensusq; dispendio/ vt iā de eius ipsius codicis fide suspicer/ne sit ab impressorib⁹ quocūq; modo corrupta. Iam extremum illud uide/quum omnes hactenus legerint in eodem Epigrāmate/
ↄ At mi nullus erat neq; hic neq; illic/
nos malimus/quasi nec ex paterno neq; prouinciali ære significet/
ↄ At mi nullus erat neq; hinc neq; illinc.

De Nemæo puero apud eūdē agitata quæstio/ aliterq; legi debere ostensum/simul & alia disceptata. Cap.VIII.

NEqueo á iucundissimo eodēq; doctissimo Vate facile abstrahi/& aliō properātē me reuocat retrahitq; inusta nitidissimis versiculis subīde nota/occursantq; vndiq; in paruo ope cicatrices magnæ fedæq;/quæ me ab eo diuelli nō sināt. Vix.n.credi pōt/ q̄topere uicē tantoꝝ hominum doleam/ grauiterq; feram calamitatem īmeritissimis ingruentē / opprimentēq; dulcissimos ab his nobis ingenij fructus relictos/ Quare/nitamur & hæc obducta iam quidem illa sed male curata vlcera & putredinē in dies contrahentia sanare/si possumus/in Catullo. Epigrāma ad Aureliū Catulli sodalem vulgo ita circūfert.
ↄ At qui/si id faceres satur/tacerem.
ↄ Nunc ipsum id doleo/quod esurire
ↄ Nemæus puer & sitire discet. vel/ut alijs placet/
ↄ Næ meus puer & sitire discet.

Nos neutrorum in postremo carmine sententiam pro- bamus/certis subnixi rationibus. nemæus enim puer quasi Hylas/q Herculi amat⁹ sit/ a quo Hercule leo ex nemea sylua prostratus & occisus sit/ quin accipi possit/& lõge nimis petita significatio/ & verbi de- riuatio ostendunt. Facit.n.nemea nemeæum/ut te- gea tegeæum/ quod & in Lucano eo versu/ nemeũ Phebe leonem/recte/quantũ arbitror/ á Sabellico emẽdatũ est/ vt nemeæum quadrisyllabon legeret. Sicut & Maro dixit/ Adsis o tegeæe fauens. Alterã illam lectionẽ refellit vsus eius verbi/ quod est/næ/ quum affirmantis est/Semp.n.in eo significatu pr- cedit primitiuũ pronomen/vt adnotauit oculatissi- mus i omni doctrinarum genere Io. Petrus Crassus meus & ciuis & præceptor/vt/næ tu/ne ego/ne illi/ quod vsu Ciceronis aliorũq doctorum comprobatur autorum. nam nec apud Terentium eos sequor/qui/ faciũt ne intelligẽdo/ vt nihil intelligant/ne/certe/ accipiũt/magisq est/vt/interrogatiue legi debeat. Deniq honestissima ea dictio raro in sermonem ue- nit/ac certis quasi locis accõmodatur. Quid igit est? aut quid hoc loco reponemus? nempe id/quod est á nemine animaduersum/

Niræus puer/& sitire discet.)

idest pulcherrimus/& Nireo Homerico similis/tãq si Ganimedæum dixisset. in qua sententia ita iã diu sum/vt nihil aliud uel a Catullo esse scriptum/vel a nobis recte legi posse autumem. nam ab his nomi- nibus/ quæ in/Eus/diphtongon exeunt/deriuatiua nomina penultimam producũt/& in eam formam desinunt/ut Theseus Thesæus/Orpheus Orphæus/

Nireus/Niræus. De Nireo Propertius/Nirea nõ fa∙
cies/nõ uis exemit Achyllem/Ouidius/sit licet anti∙
quo Nireus adamatus Homero. Horatius quoq; &
alij affati meminere. Eleganter igitur Catullus Ho∙
merici operis alioqui studiosissimus puerum suũ Ni∙
ræum dixit.idq; permagnam habet emphasim.
De Ploxemo siue Ploxeno scio quid interpretes ex
Quintiliano Festoq; annotarint/mihi id valde pro∙
batur/vt sit Ploxenum uerbum eo sensu acceptum/
quo & á Varrone/qui in rei rusticæ libris/ubi de te∙
rendo frumento agit/instrumẽtum ei operi ex assi∙
bus dentatis cũ orbiculis Ploxenum punicũ appel∙
lari tradit/nam & Catullus ait.

> Hoc dentes sesquipedales
> Gingiuas vero Ploxeni habet ueteris.

Nec me ualde mouerit in tã raro uerbo Quintiliani
autoritas á Catullo inuentũ prodentis/qn & eũ ho∙
minem fuisse arbitror/quiq; decipi/falli/obliuisci le∙
ctoq; posset.quũ/ut est in prouerbio/bonus interdũ
dormitet Homerus.nam ne Donatus quidẽ Teren∙
tianus interpres Ciceronis autoritatẽ est reueritus/
quin eum errasse diceret/qui obsequij uerbũ á Terẽ
tio primũ dictum afferat/quũ ĩ Plauti fabulis multo
ante cõscriptis id deprehenderit. Similiq; errore Pli
nius Secũdus ab Hermolao lapsus arguitur in sumi∙
nis dictione/quã ille á Publio mimoq; poeta excogi
tatam dicat/quum sint ea Plautus Lucilliusq; etiam
ante usi/nisi uero fuerit his antiqor Publius. Deniq;
periculosum est/profiteri uerbi inuentorem/eiusq;/
qui plurimum memoriæ suæ tribuat. Quãobrem nõ
uerebimur (præfata tamen uenia) leuiorem hanc

Quintiliano notam impingere. Tametsi fieri etiam perbelle potest/ut/quum sint hi libri á Varrone ueterere iam/&/ut ait/sarcinas colligēte scripti/Catullus prior vocem in usum scriptūq; deduxerit.

Mendosum est/ut puto/in eodem carmen id/ quod ab A.Gellio defendit cōtra cuiusdā ĩpugnationē.

ↄ Lesbia mi dicit semper male/nec tacet unq̄
ↄ De me.dispeream me nisi Lesbia amat.
ↄ Cui ego quasi eadē totidē mox deprecor illi
ↄ Assidue/uerū dispeream/nisi amo.

Nec tamen ualde placet/ut legatur/ queadmodum supponitur á quibusdam/

ↄ Quo signo? quasi ego totidē mox deprecor illā
ↄ Assidue. Verum dispeream/nisi amo.

Id enim rancidulum est / & subineptū. nec succurrit tamen/quid maxime reponi uelim/nisi quod/quasi/ uerbum omnino ab imperito inculcatū arbitror/ videndum tamen/num pro eo uel/quæro/ uel tale aliquid admitti possit. Distinctione certe iuuādus uersus/nam/ut supra dixit duplici colo/mi dicit semper male/nec tacet unq̄ de me/ita hic quoq; duob⁹orationis mēbris rem exprimit/ quod & alioqui / eadē/ totidem/satis indicant. ut lecturi simus ita nō omnino insulse/nec ut mihi tamen satisfaciā/

ↄ Cui ego quæro eadē/totidē mox deprecor illi
ↄ Assidue/uerum dispeream/nisi amo.

Quod si recipimus/quū sit deprecor/valde precor/ ut ille putauit/ quicunq; in Lycio ambulans Catullo maledixit/nō erunt frigidi uersus/sed uel facetissimi atq; elegantes lepidiq; nec sale carentes/ nec Gellij defensione ualde opus erit/ qui sanè nullum satis si-

mile /vt ego existimo /exemplum in vsu verbi adinuenit. significat enī hoc loco Catullo deprecor id/ quod aptius propriusq; imprecor ac significātius dixisset. quod si & obloquutorē illum nō omnino ineptissimū/ & Gellium acutum propugnatorē fingere volumus /ita lectum illis existimare necesse est / q̄tū ad hanc tantum clausulam. s. attinet/

) Mox deprecor illam

Non/ vt est nūc/illi. existimauit enim censor ille Catulliani carminis/ quū sic legisset/ Catullum ita sensisse/ vbi primū Lesbiæ maledixisset /cōfestim pœnitentia actum deprecari illam idest blandioribus uerbis totidem orare /ut parcitum loquacitati amatoris uellet. qđ si hoc dicere tentasset Catullus/ sine dubio frigidius Epigrāma cōfecisset. recte igitur á Gellio defensus. Sed & in Epigrāmate/quod facit ad Coloniam oppidū/vt pleriq; rentur/ meū/ eo versu/

) In fossa Liguris iacet separata securi)

Nequaq̄ admitto ex Politiani sentētia/expernata/ ea maxime adductus ratione / quod á cæterorū metrorum quātitate discrepet id uerbū/ separata uero ad unguem cōueniat omnibus. Liguris. hinc Vergilius/ assuetumq; malo Ligurem /idest labori / inquit Seruius.

Iuuenalis loca quędã aliter vel legi uel exponi oportere/q̃ sit factũ hactenus. Inibiq̃ interpretũ lapsus/Politianiq̃ etiam.
Cap. IX.

SVperuacaneũ fortasse quibusdam videri possit/ post tot cõmentaria/extrariasq̃ etiam interpretationes annotationesq̃ quippiam in Iuuenalẽ noui polliceri/Et tamen nõ dubito/ quin multa in eo adhuc vel ad integritatem autoris vel sensum desyderentur/vel vnũ illud/quod ipso initio primoq̃ adeo ipso carmine occurrit/quis nondum/tot excogitatis sententijs/recte interpretatum arbitretur? vt est.
» Semp ego auditor tm̃? nunq̃ ne reponam?
Reponẽdi mille significata Domitius/Merula/Valla/cæteri adinuenerũt/ nec tamen vnũ aliquod eligunt/cui respicere poetã voluisse confirment. tantũ vagi cõsulere in mediũ uident? Ego pro certo affirmare ausim/id/quod/vbi primũ itendere in eam rẽ animũ occæpi/in mentem venit/ nihil aliud significare hoc loco reponam absolute positum/ q̃ vicem reddam / & cũ sequenti versu coniungendum sensum/vt sit.
» Nunq̃ ne reponam
» Vexatus toties raud Theseide Codri?
Idest nũq̃ ne ipm̃ Codrum/ qui assidua prolixi carminis recitatione & mihi aures caputq̃ obtudit / & sibi vocem ita deturpauit/ut irrauserit/inuicem vexabo? q.d. maxime/ est enim interrogatio affirmatiuam exigẽs responsionẽ. Reponere enim interpluRima hoc quoq̃ significat / simpliciter præsertim di-

ctum/uicem.f.reddere/vnde Iuuenalis/seipsum ex tenuans/redditurum se vexationē poetis se iampridem vexātibus per interrogationem pollicetur. Idē verbum eadem ui positum á Cicerone ad Lentulū proconsulem/quū ait/cur autē laudarim/peto á te/ vt id á me/ne ue in hoc reo ne ue in alijs quæras/ne tibi ego idem reponá/ quū ueneris/ tametsi possum uel absenti/recordare enim quibus laudationem ex ultimis terris miseris/nec hoc pertimueris. Profecto tibi Lentule/inquit Cicero/reponam/cum Romam ueneris/teq pari molestia affidam/vt cogam/mihi exponere / quo consilio eos reos laudaueris/vel ex Hispania prouincia Romam laudatione missa/ qui tibi antea fuerant infensi/recōciliata gratia. In quo tamen loco interpres misere labitur. Sensum hunc subolfecit feré Valla licet incertis titubans plantis/ postremoq etiā alio trāsfugit/ait enim primo / Reponam/scribam/recitabo/ referam vicem/ reddam his/qui mihi male recitarūt/id recte. Paulo infra idē sic/Repono/scribo/Horatius/victor honoratum si forte reponis Achyllem/ita & hic exponēdū/ inqt. viden/vt incertus in sexcentas trahatur sententias? neq est præter Ciceronis vllum aut rarum tā simile in eo uerbo exemplum/quantum ad hanc diem notarim. Sané Codrū hūc/ ni fallor / Plutarcus quoq intelligit/quū in vita Thesei sic scribit/nam/quæ de Amazonū motu & insultu in Theseum facto ob nuptam sibi Phedram cōsilio Antiope & aliarum uná secum iniurias persequētium / deq clade & interitu ab Hercule illis illato Theseidos autor litteris prodidit/ea cōmentis fabularū similiora q ueritati uidētur

esse.nec mirum/quum in Ciceronis vita cum quoq Iuuenalis versum citet/
Roma patrem patriæ Ciceronem libera dixit.
Hæc inscitia interpretes in sequentibus quoq versibus/impune/perperam accipere coegit/ neq enim significat/passim/vulgo/vt isti somniarunt/per deductitias ambages á vero sensu aberrãtes/sed proprie/sine pœna/hoc sensu.ergo alius totas quotidie fabulas recitando vexauerit me obtuderitq/& id á me impune feret?neq eum pari audiendi me pœna afficiam?id enim indignatur poeta. Ibidem
) Tyrias humeto reuocante lacernas
Quidam ad pondus referunt/ tu uide/ ne id potius spectarit/quod & Horatius in satyris taxat/
Malchinus tunicis demissis ambulat.
Et Acron interpres/qui delicati/inquit/haberi volebant/tunicis demissis ambulabant. Tibullus quoq/ qusi molles & delicatos semoueret/
Tunc procul absitis/quisquis colit arte capillos/
) Effluit effuso cui toga laxa sinu. In eadem
) Aut Diomedeas) Iulium Antonium poetam Augusti temporib⁹ scribit Acron Horatianus interpres Diomedeas duodecim libris Heroico carmine perscripsisse. Ibidem nemo ex tot interpretibus sumptũ illud ex historia monet/ quod satyræ morsu dignum uideatur/
) Exul ab octaua Marius bibit.)
Plutarcus in apotephmatis/refert Cabriam vná cũ Iphicrate proditionis accersitũ frequentantẽ gymnasia/ ac consueta hora prandentẽ á Correo reprehensum respõdisse/se quidem vnctum pastumq ne

catum iri/ipsum vero ieiunum acsquallidū. At Ma-
rius uel ante horam prandebat/siquidē/vt Martia-
lis est autor/Imperat extructos frāgere nona toros.
Ne illud quidem recte expositum in eo versu/

> Sed/cū summus honos finito cōputet anno/
> Sportula quid referat.

Ab his/qui summū honorem vel nobiles/ac diuites etiā libertinæ cōditionis uel prætores intelligūt tm̄/ sed tribunos quoq; usq; ad consules notat / quod & Martialis taxat eo Epigrāmate / Cum tu/laurigeris annū q fascibus intras/ manè salutator limina mille teras / Hic ego quid faciam? quid nobis Paule relinquis? & reliqua in eandē sententiā. Quid illud? nōne corruptum? nec tamē ab vllo animaduersum in eadem satyra?

> Vnde illa priorum/
> Scribendi/quodcūq; animo flagrante liberet/
> Simplicitas? cuius non audeo dicere nomen.

Sicq; mutandū/vel meo periculo /sensu alioqui aut nullo/aut inepto/

> Cuius nūc audeo dicere nomē? q.d. nullius.

Vt celeberrimū in eodem carmen/ repetitūq; integrius legetur / itaq; scriptum apud Lactantium Firmianum primum inuenimus.

> Nullum numen habes/si sit prudentia/sed te
> Nos facimus fortuna deam/cœloq; locamus/

nō/vt deprauatum est/passimq; habetur cōtra sententiæ decorem omnem/

> Nullum numen abest.

Politianus vero autori quidem verbum Cacoethe restituit/Septima Satyra in eo carmine/

ↄ Tenet insanabile multos
ↄ Scribendi Cacoethe/& ægro in corde senescit.
Idē tamen cōmuni fato/quando nulli vni omnia dij dedere/parum id ex re est interpretatus/ neq; enim malam consuetudinem poetæ significat/ sed vlceris genus/autore plurib⁹ locis in medicinę libris Plinio/ & duritias quasdam / ad quod morbi genus allusisse poetam magis est/vt arbitremur/ quoniā insanabile & ęgro corde adiectum est/nam idem autor Plinius insanabilē morbū prope significat libro.24. cap.2. vbi est in hæc verba de hedera. illinitur decocta in vino omniū vlcerum generi/ etiā si Cacoethe sint/ Sed & libro.29.cap.vltimo/ Sanare vlcera tradunt alias insanabilia/strumas/panos/diebus viginti vno impositas/percussa/contusa/Cacoethe/ scabiem/ furfunculosq;. Celsus ita hoc vlcus definit/cū ipsum quidem vlcus pressum est/sed/quæ circa sunt/intendūtur & intumescunt. Galenus quoq; eodē uerbo usus. vt iam dubitari non oporteat/nec Politiani autoritatem tantis viris præferri/quē tamē haud quaq̄ sua laude fraudandum ducimus/ ac magnam potius inuenti habendam gratiam. Iam illa/ num prętereunda /licet leuia/nequaq̄ / cū sint vel in Manutianis/ quos sequimur / probatissimosq; scimus / codicibus deprauata.
ↄ Semodio scobis hæc emendat seruulus vnus.
Tu legito/
ↄ Semodio scobis hæc emundat seruulus vnus.
Sicut & paulo infra/gustauerit/nō/gestauerit/vsurpat emūdandi verbum Columella quoq;/ quædam pluuijs diebus/vt bouilia & ouilia debēt emūdari.

Non deerant prætérea / quæ notaremus / sed quæ tamen in aliud tempus reseruare maluerimus/ cum ne nimium crescat decuria/ Tum quia laborum nostrorum gustum quendam tm̃ prębere doctis hoc libello nõ fructus voluimus. Nõ præteribimus tamẽ/ cũ dixit Iuuenalis/

c Ceruicibus æquat

ɔ Herculis Antæum procul á tellure tenentis/

Ad Polycleti statuam/ quæ Romæ erat/ allusisse/ de qua sic Plinius/ Polycletus fecit Herculẽ/ qui Romæ sit/ Anthęum á terra sustinentem.

Domitij Calderini in Martialem errata quædam / declaratusq; vere Autor pluribus locis. Cap.X.

ASciscamus sanè in decurionem nostram & Martialem / bellum in primis hominem iucundum/ facetum atq; vrbanum/ & qui totam decuriam salibus suis delectare possit. In eum extāt Domitij Veronensis Calderini p̄clari in litteris viri/ cuiq; haud facile parem in eo scribēdi genere reperias/ cōmentaria/ scite & mira breuitate conscripta/ in quibus/ si fateri verū libet/ permulta recondita alioqui & abdita autoris sensa diligētissime p̄scrutatur/ ita tamē/ vt cecuciat nōnunq̄ atq; labatur / quod.s.necessario euenit homini alioqui nato/ in tātā antiquitatis obscuritate/ tāq; multis propositis seseq; in aliena opa exercenti obijcientibus dubijs. vt magis laude dignum sit tam multa recte exposuisse/ q̄ in aliquo interdum esse deceptum/ reprehensionem mereatur. Itaq; Lucillij carmen in sua trāsfert ita Martialis/

Et/tibi Meonio quod carmine maius habetur/
Lucilli Columella hic situs Metrophanes.

Vbi Metrophanem Columellam nomen esse serui proprium Domitius putat/ Lucilli.s.seruum/ inquit/ quasi vero Columella seruum nō significet/ Veteres enim Columellas dixere maioris domus seruos a columine/ vnde colūna dicta/ sustentatio/ miror q; vel maxime/ virū tantæ lectionis hoc apud Donatū in Cōmentario super Phormione Terentiana non legisse in eum locum/ columen vero familiæ / nanq; & versum ip̄m Lucillij citat Donatus/ verbaq; Co

lumellæ exponit/ vt diximus.nec vero spernendus error super dictione præcipue tam rara / vt præter hunc Lucillij locũ vix in tanta librorũ autorũq; multitudine ac copia semel aut iterum legere sit.
In nono eiusdem poetæ libro legimus.
› Campis diues Apollo sic murinis
› Sic semper senibus fruare Cygnis.
Legiq; ita oportere cõfirmat idem Domitius & antiquorũ exemplarium fide / & propter multã Apollinis Sminthei celebritatem.atq; ita/vt videatur de his Apollinis Sminthei campis hoc dictum sentire/ qui erant in Chrissa Ciliciæ vrbe. ea porró ratione eũ optari diuitem/nõ/ vt pecunias alias ue diuitias ei pcetur Martialis/qd.n.his supis opus? sed eo sensu/sic sis diues.i.sic religiosissime colaris. Ego vero ita Domitij sententiæ nõ accedo/vt existimẽ/nõ de templo/quod i Chrissa fuit/intelligere Martialem/ quid.n.campos nominet / quũ sit in vrbe templum? aut quomodo coletur in campis Sminthels Apollo/ & nõ in templo? aut qui tandem isti sunt campi? declarare oportuit/nõ modo esse in Chrissa templum Sminthei Apollinis / sed etiam qua ratione campos ei sacratos dixerit Martialis. ita.n.transfugit á templo ad campos Domitius/vt magis/vnde abeat/q̃ quo tendat/ intelligere videatur. Id.n.quod affert in defensionẽ/plurimis.s.in locis cultum fuisse Apollinem sub Sminthei nomine/magis ad mõstrandam eius nominis celebritatem/q̃ quod ad id Martialis spectarit/adducere ipse fatetur. collecta autẽ ab eo nõ sunt/vt ait/satis sensui poetæ aperiendo/ cur.n. campos nominauit? Itaq;/vt tandem/quid sentiam/

explicem/nõ de Chrisſæo templo/vt arbitror/Martialis ſenſit/verũ ad Sminthea loca/quæ apud agrũ Lariſſæũ eſſe/teſtatur Strabo. ea enim celeberrima fuiſſe & multis laudata vel vnus Horatius Flaccus teſtis erit grauiſſimus/quũ inquit/
Nec tam Lariſſæ percuſſit campus opimæ.
quãuis de Theſſalica Lariſſa acceperit male (vt opinor) Acron/nam Horatius celebres numinũ cultu vrbes nominat/quod ne Acronem quidẽ præterijt/ & alibi inqt Horatius/pinguis Phrygiæ Mygdonias opes.quod idẽ Acron fertilis interpretatur. Mouet quod Horatius & campum & opimã dixit/vt Martialis/diues campis. Murinum á mure non ſolus aut primus Martialis finxit/ſed & ante Columella & Plinius Secundus/nec nõ Iuſtinus in ſecũdo/& Palladius agricolationis autor. Quũ tamen apud multos legerimus de vrbe Myrina in Lemno inſula/alteraq; in Aeolide/& Grino oppidulo/vnde Grineus Apollo/feré videri poteſt á Myrine Myrinus penultima longa deductũ/nãq; & Plinius libro.v.cap.30. Iuxta eam vrbem fuiſſe Lariſſam indicat/quin duas potius Lariſſas/alteram tamẽ Chriſſæ propinquiorem/iuxtaq; eam Sminthium templũ durare/vtrãq; vero Lariſſam littori appoſitam.de Grino vero ſiue Grinea Stephanus/Hecateuſq;/præter Plinium ac Strabonem.Myrineorũ vicum eſſe indicat Stephanus. Sané camporũ frequẽs in his locis mentio/nam & Pomponius Mela/q̃ vrbẽ his in locis Thebas vocat Plinius/campũ ipſe nuncupat. Campus/inquit/ Thebæ nomine.Bergyletos quoq; campos in adiacẽti Ionia nominat Plinius/& quos á Smyrna Her

mus amnis facit/& nomini suo adoptat/tū alios his verbis/mons/inquit/Minas.ccl.M.P.excurrēs/atq in cōtinētibus campis residens. quo in loco magnus Alexāder intercidi planitiem eā iusserat.7.M.D.P. longitudine/ut duos sinus iungeret/Erythrasq cum minante circūfunderet.iuxta eos fuerunt oppida. Grineum sané nemus Seruius apud Clazomenē in finib⁹ Ionijs statuit/vt sit vel ex Vergilio sūptū inde

His tibi Grinei nemoris dicatur origo/

Ne quis sit lucus/quo se plus iactet Apollo.

Id alioqui & Euphorioni græco poetæ/ quē Gallus in latinum uertit/ cōstat ex eodem Seruio fuisse celebratū. Quin & multis nominibus cultus illis locis Apollo/nā & Clarij fanū/& Dydimei oraculū fuit in cōtermina Ionia / & Tymbreus in Teutrania/ si Seruio credimus/& Patareus in Lycia/multisq preterea. Neq vero ignoro/hæc iampridē ab ipso Domitio cōtra incerti nominis autorem disputata refutataq. Sed tamen/quū nec illius/quod sciam/extet Epistola/& hæc/priusq̄ in illam Domitij cōtrouersiam inciderem/ adnotassem/nō putaui nō esse scribenda. Sed &/vt ille Domitij aduersarius existimauit/grāmatices ratio refelli nō potest/in/ina/enim/ & cæteras tales voces desinentia deriuatiua similia habent/ut Palestina/Palestinus/na/num.Amerinū/ Amerinus/na/num.quāq̄ & aliter desinere possit/ut hoc ipsum Myrinus & Myrine⁹.ab Amerino oppido Vergilius deduxit/

Aut Amerina parant lentæ retinacula viti/

Inibiq Seruius/& Cicero pro Roscio Amerino orationē inscripsit.Duriusculū alioqui videtur & longe

peritum murini hoc loco significatum/syllabæ præ-
sertim mora refragăte/ tametsi id verbum in vsu sit
plerisq;/vt diximus/ac/ licet murinis scriptum inue-
niatur/erit tamen ueteri more/pro Myrinis/u/ scili-
cet latina littera pro græca/y/immutata. Diues autē
proprie etiam accipi potest/Mela de Patareo Apol
line/vt multa oppida/inquit/sic præter Patarā non
illustria/illam nobilē facit delubrū Apollinis quon-
dā opibus & oraculi fide Delphico simile / Propter
donaria.s.& templorū ipsorū preciosas marmoreasq;
ædificatiōes cæterāq; veterē nostrāq; ētpdigalitatē.
Cōturbatorē in eodē opere parū apte idē uidet ex-
plicuisse Domiti⁹/duob⁹locis/vno illo/septio libro.
› Ad dñm redeas/noster te nō capit ignis/
› Conturbator aper/vilius esurio.
altero illo in.x.
› Hic preciosa fames/cōturbatorq; Macellus/
Ego cōturbare turbareq; in ea ui esse existimo abij-
cere/ perdere/ dissipare/ sicut deturbare/ deijcere/
neq; alio sensu dictum á Martiale / q̄ sit á Iuuenale
quoq;/nec parua tamē mēsura relictæ ptis erat/totā
hāc turbauit filius amens/dū meliore nouas attollit
marmore villas. Budæus qdē aliter putat i adnotat.
Pandectarū / cōturbare.n.antiquo iuris verbo fuisse
decoquere/inde cōturbatorē/ quasi decoquetē co-
gētē. Adijciemus & illud / de quo pmagna est inter
Laurentiū Vallā Priscianūq; cōtentio/de fico ficuq;
ex eiusdem Martialis Epigrammate / quod ita scri-
ptum præfert Priscianus.
› Quū dixi ficos/rides quasi barbara verba/
› Et dici ficus Ceciliane iubes.

Dicemus ficus/quas scimus in arbore nasci/
Dicemus ficus Ceciliane tuos?

Vt sit in primo tm̄ Carmine secundæ inflexionis/in cæteris tribus q̄rtę.Quod si ita legimus/necesse est/ vt putauit Laurentius/ultimū uersiculū uel ironicos uel per interrogationem negatiua respōsione indigentem accipere/q.d.minime/sed ficos/ut á me dictum carpis.ex quo apparet/in eo loco/quē derisērat Cecilianus/quicūq; tandē ille fuit/á Martiale dictum ficos secundæ inflexionis pro morbo. Alioqui reprehēderet seipse Martialis/quod minime putandum est. Sanè toto opere ficū Martialis pro fructu & secundæ & quartæ declinationis usitat.Cæterum fuit quū ego aliter legēdum existimarem/cuius meæ sententiæ quia me nōdum omnino pœnitet/nō celabo studiosos animi mei iudicium/quale idcūq; est/ quácūq; in partē accipiatur. ita scilicet.

Quū dixi ficus/rides quasi barbara uerba/
Et dici ficos Ceciliane iubes.
Dicemus ficus/quas scimus in arbore nasci/
Dicemus ficos Ceciliane tuos.

Vt primo & tertio carmine/quartæ declinatiōis/secundo vltimoq; secūdæ dixerit/ Si.n.quartæ tm̄ declinationis ficus morbum significaret / vt uoluit Priscianus/eum/qui talem morbū pateret/nō ficosum/ sed ficuosum/ut luctuosum/fructuosūq;/diceremus/ nec tñ vsq̄ est ficuosū/cū ficosū vbiq; legamus. idē/

Ficosa est uxor / ficosus & ipse Maritus/
Filia ficosa est/& gener atq; socer/
Cū sint ficosi pariter iuuenesq; senesq;/
Res mira est.ficos nō habet vnus ager.

Ex quo ēt Epigrāmate apparet/tā morbū q̄ fructū secūdæ declinatiōis esse posse. qa cū ficosos dixisset/ subdidit/ficos non habet/q.á fico ficosos dixisset/& vtrūq; eadem declinatione significetur. quāuis ficus in quarta quidam hic ma'e scribant/

Illud autē Epigrāma ita esse legendū/vt nos docuimus/vel illud argumēto est/quod in quarto primū libro de ficu fecit mentionē Martialis / in Epigrammate/ cuius initiū/Saturnalia diuitē Sabellū/cū ait. Et ficus Libycæ gelata testa.

quo.s.viso Cecilianus poetā barbariei rephēderat/ q̄si nūq̄ ficus in q̄rta declinatione inueniret pro fructu.s.quē Martialis in sequēti libro népe q̄nto(nā eo numero citat librū Martialis Priscianus)eludit/q.d. in q̄rta/vt ego sum usus/dr̄ ficus pro fructu/in secūda āt/secūdū q̄ dici semp ficū uis/vtimur/qū morbū/ quo tu laboras/significare uolumus. Quamobrē non sentit de generis differētia Martialis/neq; ad id primū Epigrāma cōscriptū est/vt uoluit Laurentius/tā etsi id obiter/& /vt dr̄/in cōsequentiā succedit/qa/ q̄rtę declinatiōis cū est/masculini generis eē nō pōt/ contra q̄ á grāmatistis qbusdā affirmet/q ultimū illū uersiculū planē legūt/ut Priscianus/citraq; interrogationē atq; ironiā perperā. At secundæ/utriusq; est generis/cū fructum notat/cū morbū/masculini tm̄. Quid.n.poneret differētiā generis Martialis/ de declinatiōe alioq rephensus? neq; uero id significat/cū dicit/dicamus ficus/quas scimus in arbore nasci/ficū secūdæ declinatiōis pro fructu dici nō posse/sed morbū quartæ esse posse/id uero pnegat. Quod si aliter legat Epigrāma / frigidissimus fuerit Martialis & in-

fulsissimus. quū ita lectum & Elegantissimū & festi-
uissimū sit. est. n. sensus / o Ceciliane / cū negas aliter
ficū dici / q̄ secunda declinatione / recte loqueris / co-
gitas. n. morbū tuū / qui qdē aliter appellari nō pōt.
At ego / cum dico ficus in quarta / non male loquor /
intelligo. n. fructum. Itaq̄ unum hoc ostendere vult
Martialis ficū fructum etiā quartæ esse / nec necessa-
rio secundæ inflexionis / At morbum necessario se-
cundæ. Secundæ uero / cū morbū notat / semper esse
masculinum / At cū fructum quartę / semp fœmininū.
Hoc nō ideo minus notare debuimus / quod grāma-
tices quandam rationem & merā litteraturam sape-
ret / a quibus eruditi more quodam refugiunt / nam
nos ne hæc quidem spernimus / cū sunt præcipue cū
autoris cuiuspiam non inelegantis candore incolu-
mitateq̄ coniuncta.

Hæc habuimus / quæ triū dierū properata opera in
unum collecta / cū ea iāpridem notassemus / libello
hoc cōplexi ederemus in gratiam studiosorū / á qui-
bus cū multa in eo genere didicissemus / nō fuit cō-
mittendū / ut pro tanta sorte nullam usuram redde-
remus / Sed hoc quasi leuiore fœnore inuitandi fue-
rant / ut mutuo huiusmodi litterarias pecunias liben
tes darent / Spe certa nō minoris á nobis in posterū
lucri consequendi.

BERNARDINI RVTILII COLO/NIENSIS/ IN FAMILIARES CICERONIS EPISTOLAS VNIVERSAS/ ANNO/TATIONES.

Bernardinus Rutilius Coloniēsis Clarissimo Adolescenti Io. Francisco Vrsino Forosempronniano Principi ac Præsuli Pijssimo
S. P. D.

STudium, curaq́; /quibus tu maximis vsus proxime es in Io. Petro Crasso viro in omni doctrinarum genere excellentissimo tibi qualibet impēsa adiungendo / effecit / vt te nobilissime Princeps nulla æque re quā literarū studijs delectari existimauerim. Sic.n. putabam/qui summū theologum/maximū philosophū/ peritissimum astrologū/ geometram arithmethicumq́; subtilissimū honorificentissime cōplecteretur/ tametsi ille mihi incognitus/ nunq̄ visus/vixq́ nunc primum propter locorū longinquitatem auditus esset/non incredibili quadā bonarum ingenuarūq́ artium cupiditate ardere nō posse. Cui rursus doctrinis his/quæ sunt ad illas maximas principesq́ ita coniunctæ/vt diuelli sine magno vtrarūq́ incommodo nequeant / (dialecticen dico/oratoriam/eāq́/quā honestissimo nomine hu-

manitatem appellare libuit) elegantissime ornatus perpolitusq; ita placeat / ita carus iocũdusq; sit / vt a suo latere / quoad liceat / nũq̃ eũ discedere patiatur / is mihi singulari desiderio studiorum omniũ teneri affectusq; esse videbatur. Quibus rebus ego / qui ex illo veluti quodam vberrimo doctrinæ fonte / leuiter eram aspersus / in quo te totum ingurgitaturum videbam / nõ sum veritus / ne nostrũ hoc ignoti hominis munusculum parũ ad manus auresq; tuas iocundum accederet / ne ue me (quæ tua est audita mihi i summa nobilitate humanitas) riualem quasi tuũ aspernarere. Huc accedebat autoris eius / in quo ego operam meã collocassem / diuina quædã elegantiæ dignitas / quæ mihi summi & eruditissimi cuiusq; viri (cui nõ modo putere vidẽtur unguenta atq; rosæ) studium ac beniuolentiã conciliatura videbatur. vt / quem sua humilitas parum cõmendare posset / aliena gratia sustentaret. Quis est enim / quẽ nõ vel ipsum vnum Ciceronis per se auditũ nomen excitet? qui non sibi in illa voce præclaræ cuiusdam atq; incõparabilis eloquentiæ ac scientiæ specimen oblatum putet? Atq; ego ita sentio / quũ nullum non Ciceronis opus maximo & ad facundiam & ad mores vitamq; bene ac ciuiliter degendam emolumento esse arbitrer / nõ esse tamen ex omnibus (nisi me suscepti operis amor fallit) quod hoc Epistolarũ volumine magis necessariũ vniuersis / qui latinis literis delectẽtur / existimari debeat. Quis est enim / quẽ nõ i tota uita Epistolã scribere oporteat? aut qd est / quod magis nescire latinum hominẽ pudeat? Orationes plerisq; nec scribere occasio est / & / si sit / qd &

in iudicio & in ſenatu & ad populū.i.apud ignaram
plærūq; latinæ linguæ multitudinem dicendum eſt/
italo magiſq̄ latino idiomate loqui cogimur.At ami
cus ad amicū/literatus ad literatū quū ſcribit/latine
ſcribit/quod in his Ciceronianis literis parū maleq;
exercitatum/inepte/ieiune/exiliter/dicam etiā bar-
bare facere cōuenit.Iam/quū vſu moribuſq; ita feré
conſtitutum ſit/vt res iudicatas literaſq; alterius ad
alterum magiſtratus latine etiānum perſcribantur/
quis non videt/ id ſæpe ab his iudiciarijs hominibus
ſcribiſq; mandari literis/quod nec latini nec itali ho
mines percipere ſatis queant / dum itala latinis mi-
ſcent/& á vulgari potius ſermone q̄ veterib⁹ earum
rerum autoribus exemplum ſumunt/ cū maximo &
latinaꝝ literaꝝ diſpendio & ætatis noſtræ ignomi-
nia.Quod ſi me iſtiuſmodi generis homines audiāt/
meoq; fideliſſimo atq; amantiſſimo cōſilio pareant/
faciant / quod fieri magis ex re eſt/vt vel latine vel
itale loquantur. quūq; alterutrum genus elegerint/
in eo perſeuerent/ab altero prorſus abſtineant.nā/
nec qui italam loquendi elegantiam teneat/parum
eum aſſecutum parum ue cōmendandum puto/eó
ſe iam extulit Thuſcus ille dicendi nitor / in quo ſe
multi docti homines hodie nō minus q̄ in iſto veteri
latino exercent. Quod vero ad mores ciuileq;
vitam attinet/vnde magis q̄ ex his Epiſtolis diſcas?
De domeſticis reb⁹ ſuis diligēter/de amicoꝝ grate/
de publicis grauiter ſcribat neceſſe eſt / qui ſibi imi-
tandum Ciceronem propoſuerit.In iocis hæ te ve-
nuſtum/in ſerijs ſeuerum/in omnibus elegantē red-
dent. Deniq;/ ſiquid inuolute ſcribēdum/ ſi cōmen-

dandum/si gratulandum amico/ si dolendum/si cõ- solandum fuerit/eaꝝ reꝝ omniũ in hisce Ciceronis Epistolis exẽpla inuenies. Quid sentiendũ in Rep. quid agendum dicendum ue/ quid optãdum etiam sit / docent atq; praescribunt. Ac ne plura de re notissima loquar/apud te prȩsertim/Princeps huma nissime/quẽ omnis officij atq; elegantiȩ ornamentis praeditum & audio summa cũ iocunditate/ & spero/ nec de me frustra praedicem / quantum laborarim/ quid assecutus sim in opere periculosae pleno aleae/ doctoꝝ iudiciũ esto. Mihi quidem omnia bellissime contigisse existimabo/si me istis qualibuscũq;/repẽ- tinis certe & subito cõsilio in praesenti editis/vigilijs nostris tibi Crassoq; nostro gratum fecisse cogno- uero. Vale.

AD XVI. KAL. IVLIAS. M. D. XXVIII.

BERNARDINI RVTILII COLONIENSIS, IN FAMILIARES CICERONIS EPISTOLAS UNIVERSAS, ANNOTATIONES.

EX LIBRO PRIMO.

Ex Epl'a Prima.

m Arcellimum tibi esse iratū scis.is,hac regia causa excepta,cęteris in rebus se acerrimū tui defensorē fore ostēdit.) Marcellū qdē, manuscripti quidam habent codices, itaq; & interpres legit.quē tamen,sunt,qui arguant,Marcellinū omnino ex Plutarco afferentes,quod is fuerit Pompeio infensior. Id alij Valerij Maximi,vbi de libere dictis ac factis agit,testimonio cōfirmant. Gn.cuiusdam Lentuli Marcellini meminit in diuinatione Cicero.sequenti vero Epistola Lentulum alterum ab hoc,ad quem scribit,Spinthere,cōsulem fuisse hoc tempore ostendit.Propterea quod dies,inquit,magna ex parte cōsumptus est altercatione Lentuli cōsulis & Caninij tribuni plebis.in quo lapsus ē bellissime interpres,nisi ego fallor,qui putet Lentulum Caninij aduersarium Spintherē fuisse,cū Spinther dictus sit is,ad quē scribit has Epistolas Cicero.Vt de cōsule hic quoq; intelligi forte possit.nam & hoc libro ad eundem hunc scribēs Cicero de his rebus,

quas post restitutionem ab exilio in Rep. gessisset/ Quin etiam Marcellino/inquit/& Philippo cōsulibus nonis Aprilibus mihi est senatus Assensus/ut de agro Campano frequenti senatu idibus Maijs referretur. Alioqui Plutarcus quoq;/scribēs/a Marcellino interrogatos Pompeium Crassumq;/num cōsulatū essent in proximū annū petituri/ostendere uidet/ consulem eo tempore fuisse. Hinc illud est/quod ait Cicero. Quod instituit referre de religione/& saepe iam retulit/ab eo deduci nō potest. sequentiq; Ep'la/ multi rogabantur/atq; idipsum cōsulibus inuitis/ nā hi Bibuli sententiam valere cupierūt. Idem Plutarcus in Catonis vita Lentulum Philippumq; circa haec tempora in cōsulatu collegas nominat. Sané nō putarim/vt illi nugātur/Marcellinum iratū fuisse Lentulo ea causa/quod Pompeiū ornasset/ cuius Pompeij Marcellinus nōdum erat inimicus/respōsi certe illius Pompeiani nomine/ quo se petiturum cōsulatum/si videretur/interroganti Marcellino dixerat/ vt ex Plutarchi verbis videtur colligi/ nec quum est ab eo ornatus Pompeius/ nec quū haec scriberētur/ idibus. s. Ianuarijs. Caesarem. n. in cisalpinā Galliam hybernatum venisse constat/eo profectos Crassum Pompeiumq;/quū reuersi essent/suspectos ob colloquium cū Caesare arctius de cōiuratione in Remp. interrogatos á Marcellino. vt post haec scripta factū esse omnino oporteat/iramq;/si ex ea tantū itercedebat causa/post scriptā hāc Epistolam inter Pompeium Marcellinūq; ortam. aut igitur & ante id responsum erāt inimici Pompeius Marcellinusq; / aut aliūde iratus Lentulo Marcellinus. Ac/vt libere di-

tam/quod sentio/tibi corruptum aliquando sum ratus/regiq; potius scribendum/quod sequentia confirmare videntur. adeo his nō assentimur/qui errorē errore tollunt. in medium tamen omnia cōsulimus/ nō decernimus. Idē Cicero in oratione pro C. Rabirio Posthumo multa & ad sibyllina carmina & totum hoc negocium spectantia scribit. Item. ℂ Cui qui nolunt/ijdem tibi/quod eum ornasti/nō sunt amici) Iidē longe aliam/quā expositoris istius/ sententiam hoꝝ verboꝝ afferunt. quā magis est/vt non improbemus. Item ℂ Crassus tris legatos decernit/nec excludit Pompeium) nō ita hæc accipio/quasi de Pompeio nominatim referret/vt male credidit interpres/sed vniuersam sententiā ita laxā proposuisse/vt etiā Pompeio ī ea locus esse posset/ quod in Bibuli non erat / qui à priuatis tm̄ censebat deduci regem oportere. Item s ℂ Hortensij & mea & Luculli sententia cædit religioni de exercitu) vereor/ne M. potius Lucullum q̄ L. intelligat illum / qui cū Mithridate bellum acerrimum gessit/ Marci istius fratrem. quod. s. mortuus fuerit his temporibus Lucius. Cicero in oratione de prouincijs Coss. quæ haud ita multo post habita sit/q̄ hæc scripta Epistola/ multa prætereo/inquit/ quod intueor coram hæc lumina atq; ornamēta Reip. P. Seruiliū & M. Lucullum. vtinam etiā L. Lucullus ille viueret. De L. & M. Lucullis abūde multa Plut. Itē ℂ Sed ex illo senatuscōsulto/ quod te referente factum est/ tibi decernitur/vt regem deducas) frustra vulgata in alijs lectio/ decernit/mutata ē/hoc. n. dicit/Hortensij & mea & Luculli sentētia tibi decernit/in quo

etiā interpres erraſſe videtur. Senatuſcōſulti huius meminit pluribus locis in ſequētibus Epiſtolis. Erat id decretum/anteq̄ mentio ſibyllini carminis exoti- retur/ qua interpoſita ſopitum quodāmodo iacuit. Cicero in Piſonē de Gabinio inquit. Ille/ſi nō acer- rime fureret/auderet/q̄ prouinciā P. Lentulus ami- ciſſimus huic ordini/quū & autoritate ſenat⁹ & ſorte haberet/interpoſita religione ſine vlla dubitatione depoſuiſſet/eam ſibi tum aſciſcere/quū/etiā ſi reli- gio nō impediret/mos maiorꝝ tamen & exempla & grauiſſimç legum pœnæ vetarent. Quidā fruſtra de eo verbo ad Marcellinum referendo deliberant.

Ex Epi. ij.

¶ Quāq̄ Volcatio aperte aſſentirentur) nō conſu- les ipſi/vt Clericus ſomniat/ nā ij quidem & diem cōſumi/& valere Bibuli ſententiā valde cupierunt/ qui nihil minus q̄ Pompeio decernebat/cui erat ini- micus/ſed ij/qui in ſententiam Hortenſij ituri vide- bantur. Item ¶ Quum autem eius familiares omniū ordinum video) dij boni/ quid garrit inter- pres. ordines/quis eſt/qui neſciat tris fuiſſe/ſenato- rium/equeſtrem/plebeiumç quod ſi id non placeat/ ordinum/erit/ſiue cōſulares/ſiue prætorios/ ſiue tri bunos/ſiue/quod vulgo aiunt/ omniū graduum. nā ſenatus quoq; ipſe in ſuos ordines ſcindebať/vt alius alio prior rogaretur/ac ſententiā diceret. Craſſum ſ nominauit cōſularem/qui Pompeio faueret/Lupum tribunū/alios prætorios. dicimus & publicanoꝝ or- dinē. Item ¶ Senatus autoritas grauiſſima in-

tercesserat) nō/ne rex omnino reduceretur/vt fal⸗litur Egnatius/sed ne de ea re ad populum referret. Id.s.est/quod scribit Plutarcus in Magni vita. Cani⸗nius/inquit/rogationem ad tribunos plebis tulit/vt Pompeius sine exercitu cū gemino lictore ad Ptole maeū cū Alexandrinis cōciliandum destinaretur. cui rei Pompeius non grauiter haesisse visus. sed senatus id omisit/causā honeste reddita/quod viro timeret. Itaq; hoc est/quod ait ad popularem rationem atti⸗nere. timebat.n.Lentulus/ne/si in senatu parū Pom peio succederet/rem ad populum corruptum & sibi fauentē declinaret. qd & subiecta Epl'a ostēdit.

Ex Epi.iiij.

¶Ad.xvj.cal'. Febr. quū in senatu pulcherrime sta⸗remus/quod iam illam sententiā Bibuli de tribus le⸗gatis fregeramus) aut triginta tantū dies Ianuario attributos / aut in cōnumeratione calendaꝝ ipsam diē exclusam/aut corruptos codices dici necesse est/ neq; hic modo/sed superioribus quoq; literis. quū.n. postridie iduū fracta sit illa Bibuli sentētia de tribus legatis/quod s̄ ostendit/dies ille.xviij.cal'.Febr.fue⸗rit oportet/hoc.s. dieꝝ numero/hic vero.xvj.

¶Eo die acerbum habuimus Curionē) in tempoꝝ supputatione valde errat Egnatius/qui de filio Cu⸗rione/quē tribunum hoc tempore fuisse dicit/scribi velit. nā hoc tempore nondum in prouinciā Ciliciā missus erat Cicero/vixq; ab exilio reuocatus/Tri⸗bunatū autem Curio accepit gessitq; / Cicerone in Cilicia absente/inde enim gratulatio/quae est in se⸗

quenti libro/ad eũ missa.ac ne tum quidem Romæ erat filius Curio/ quod ex libri secundi Epistolis ad eum venuste colligas eaq; præsertim/ cuius initium/ nõdũ erat auditũ/Plutarcoq; etiã. ❡Nemo est enim/qui nesciat quo minus discessio fieret per aduersarios tuos/esse factum) male ita distingui puto/ sensumq; aliũ effici. hoc.n.dicit Cicero/ ni fallimur/ quum senatus tibi decreturus esset/inuidia operaq; aduersariorũ tuorũ eo die effectũ/ne discessio fieret. nõ autem id/quod ista distinctio præfert/oẽs sciunt/ eo die senatũ noluisse decerni / ne discessio per aduersarios tuos potissimũ fieret. Quin existimet/dubio procul & nos probamus/nõ/qui.

Ex Epi.v.

❡Et animos á minore cura ad summũ timorẽ traduceret) balbutit interpres.ego ita itelligo/minore cura/id est regia reductione / summum timorẽ/propter periculum abrogationis prouinciæ.magis enim laborandũ pertimescendũq; fuit/ ne prouincia Lentulo adimeretur / q̃ vt ei regiam reductionẽ decernerent. ❡Posteaq̃ Pompeius apud populum ad.viij.Idus Febru./ quum pro Milone diceret/clamore conuitioq; iactatus est/in senatuq; á Catone aspe & acerbe nimiũ magno silentio est accusatus) & reliqua.si tempora congruerent/ad cõuitiũ id referri arbitrarer / qđ putat Egnatius. sed/quũ á Clodio tum tribuno plebis passum id Pompeiũ scribat Plutarcus/ qui tribunatum Pisone Gabinioq; Coss. tribus duob⁹ ue certe añ hæc tẽpora annis gesserit/

Cicerone deniq; etiã tum in exilium absente/cau-
samq istã præcipuã reducendi eius Pompeio fuisse/
vt se recõciliaret senatui/magis est/vt de eo nõ pu-
tẽ sentire Ciceronẽ.sed verisimile fit vel Milonianæ
defensionis vel istius ipsius reductionis regiæ causa
reprehensum Pompeium. mouet & quod supra ait
Cicero/senatus religionis calũniã nõ religione sed
maleuolentia & illius regiæ largitionis inuidia com-
probat/magisq quod apud eundem est Plutarcum/
Cæterum/inquit/& in senatu & apud forum proie-
ctæ quædam literæ repertæ sunt/quibus notabatur
Ptolemæũ orare/vti pro Spinthere Pompeius dux
ad se mitteretur. Timagenes vero sponte inquit fu-
gisse/& reliquisse Aegyptum Theophanis suasu/qui
materiã quærebat/vt senatus Pompeiũ cũ exercitu
eo destinaret/noua bellandi causa perquisita.

Ex Epi.vij.

Quare ea/quæ scribam/sic habeto/me cũ illo re
sæpe cõmunicata/de illius ad te sentẽtia atq auto-
ritate scribere/quoniã senatuscõsultũ nullum extat/
quo reductio regis Alexãdrini tibi adẽpta sit/eaq/
quæ de eo scripta est autoritas/cui scis intercessum
esse/vt nequis omnino regem reduceret/tantã uim
habet/vt magis iratorũ hominum studiũ/q̃ cõstan-
tis senatus consiliũ esse videatur/te pspicere posse)
& reliqua.nõ est omnino/vbi consistas/nisi verbum
addideris.id est in veteribus sic/arbitror te perspi-
cere posse.sumet igitur inde quoq principium hæc
clausula/Quoniã senatuscõsultũ/& reliqua.a qbus

porro intercessum sit / Catone ne ac Caninio / an alijs/parum constat.nam senatusco͂sultum id/cui supra ab his intercessum dixit/aliud fuisse puto(qcqd interpres Egnatiusq; autument) .s.ne cu͂ populo de reductione regis ageretur/ no͂/ ne omnino reduceretur rex.de eo nullam dum me͂tione͂ fecit/præterq̄ in prima Ep͂la / præter Seruiliu͂/inquit/ qui omnino reduci negat oportere.igitur senatusco͂sultu͂ postea in Seruilij sententia͂ factum est/exiguę tamen autoritatis.quod & alioqui factum indicat ante/quu͂ subdubitare se scribit/ne ca͂ regia deferatur. Item
¶ Etenim Pompeiu͂/qui mecu͂ sępissime non solum á me prouocatus/sed etiam sua sponte de te co͂municare solet/scis temporibus illis non sæpe in senatu fuisse)eodem illo tempore errore labitur Egnatius/ eam enim uagationem quasiq; sponsaliciam lasciuia͂ in tertio suo consulatu admisit Po͂peius/vt ide͂ Plut. tradit. at hæc circa tempora no͂du͂ secundu͂ ei fuisse delatum arbitror/sed Coss. adhuc Marcellinu͂ Philippu͂q;.rei igitur frumentariæ causa/in Sicilia͂/Sardinia͂ atq; Aphrica͂ profectus/ aut certe Catoniano illo co͂uitio deterritus senatu abstinuerat. Item
¶ Offensionem esse periculosam propter interpositam autoritatem religione͂q; video) autoritatem accipe senatus idest ipsum senatusco͂sultu͂/vel quod in sententia͂ Bibuli factum erat/vt rex sine exercitu reduceretur/vt in secu͂da Epistola co͂stat/vel id/de quo proxime est loquutus/Seruilianum/ne omnino rex reduceretur.nam interpres quide͂ egregie desipit.autoritatem.n.interpositam sine dubio á senatu significat.de vtroq; tn͂ e͂t sine piaculo sentiemus.

Item ⁋Quod mihi de nostro statu/ de Milonis familiaritate/de leuitate & imbecillitate Clodij gratu satis) qđ de Milone & Clodio ait / puto potius ad id iudiciũ pertinere/ quod de ui Miloni Sestioq; intentatum est Clodij nimirum opera/qui uictus leuis Imbecillisq; apparuerit/q̄ad illam interpretis nescio q̄ simulatam reconciliationẽ.

Ex Epi.viij.

⁋Nam & stipendium Cęsari decretum est/& decẽ legati/& ne lege Sempronia succederetur/facile pfectum est) legem Semproniã/quæ fuerit/nõ intelligit interpres.neq;.n.lex erat ad omnes prouincias pertinẽs/vetans ue/ ne finito tempore prorogaret/ sed singularis / qua latũ erat/vt duæ pũinciæ Coss. illius anni decernerẽtur. significat id Cicero in oratione de prouincijs Coss. decernẽdæ/inquit/nobis sunt lege Sempronia duæ prouinciæ. & s. quattuor sunt prouinciæ P. C. de quibus adhuc intelligo sententias esse dictas/ Galliæ duæ/ quas hoc tempore vno impio videmus esse coniunctas/& Syria & Macedonia.& reliqua.de decreto stipendio ac decẽ legatis in eadem copiose Cicero. Item ⁋Qui á senatu ordinem cõiunctissimũ & hominẽ clarissimũ abalienauerunt)clarissimũ hominem Pompeiũ potius dicit q̄ Cęsarem/eos autem/quoq; culpa amissa sit/intelligit/ni fallor/Catonem/Domitiũ/Marcellinum/qui Pompeio in secundo consulatu aduersati sunt/vt cõstet Domitiũ Catonẽq; pulsatos/ex Plutarco Appianoq;.neq; hic modo / sed & supra/ quũ

de aduersarijs Pompeij inqt. Plutarchi verba in vita magni Pompeij Catonisq; mire ad hunc locum faciunt. Item ℂ Quod mihi de filia & de Crassipede gratularis/agnosco humanitatē tuam/speroq; & opto hanc coniunctionem nobis voluptati fore) Crassipedem alium esse á Pisone existimaram ea ratione/quod viderem etiā ante Ciceronis exiliū nuptā Pisoni Tulliolam. in oratione pro Sestio/gener/inquit/& Piso gener á Pisonis Cos. pedibus supplex reijciebatur. & in eadem pauloante/mihi deniq; homines præcipue congratulabantur/quod habiturus essem cōtra tribunum plebis furiosum & audacē cū & amicū & affinem tum etiā fortem & grauem cōsulem. item in Vatiniū. inculcaris ne etiā/vt Pisonem generū meū nominaret? sed & in Pisonē. mihi vero ipsi coram genero meo propinquo tuo quæ dicere ausus es? & infra/quū ad te quita feré hora cū Caio Pisone venissem/aliubiq;. vt hæc nimis sera gratulatio importunaq; videri possit/quū & ante exilium & post reditum ante hæc tempora cōtracto multis iam mensibus (ne dicam annis) eo matrimonio Romæ officium hoc á Lentulo perfici quiuerit. sed/quū Plutarcum videam duos generos tm̄ Ciceroni Crassipedē Pisonem Dolobellamq; asserere / adducor vt putem/non de matrimonio/vt voluit interpres/sed aliquapiá re alia/quæ tamē ad id matrimoniū pertineret/gratulari Lentulū/nisi quid forte diuortij dissidij ue intercesserit. nā alioqui in oratione pro Sestio significat iam tum mortuum/quū ait/Piso ille gener meus/cui fructum pietatis suæ neq; ex me neq; á populo Ro. ferre licuit/á propinquo suo socerū suū fla

gitabat.eam puto habitã anteq̃ sit hæc scripta Epi-
stola, aut Plutarcus forte in hoc ipso sit hallucinatus.
Item ℭ Cætera/quæ ad te ptinebunt/ quũ & plus/
quã possumus/minus tamen faciemus/q̃ debemus)
nõ inelegantior in scripto lectio/pertinebant/pro/
pertinebũt/&/fecimus/pro/faciemus.quod.s.si reci
pimus/sine dubio & de negocio Alexãdrino/quod
iam derelictum erat & alio translatũ/ intelligemus/
& pro/possimus/possemus/& pro/debemus/ debe-
remus/erit substituendũ.id q̃a perscriptum Lentulo
á familiaribus putabat Cicero/in transcursu doloris
magis sui significãdi quã purgãdi sui gratia attigit.

Ex Epi.ix.&.vij.

ℭ Ego sedente Gn. Pompeio/quum/ vt laudaret
Pompeiũ/Sestius introisset in vrbẽ) nõ est ad Sestij
quæsturã referendũ/vt perperam sentit interpres/
quũ fuerit quæstor Sestius cũ Vatinio Cicerone cõ-
sule/vt in oratione in Vatiniũ apparet/quæsturam/
inquit/petisti cũ P. Sestio/quũ hic nihil loqueretur/
nisi quod agebat/tu de altero consulatu gerendo te
diceres cogitare.quæro abs te/teneas ne memoria/
quũ P. Sestius quæstor sit cũctis suffragijs factus/tũc
te vix/inuitis omnibus/nõ populi beneficio/sed cõ-
sulis extremum adhæsisse:in eo magistratu/quũ tibi
magno clamore aquaria prouincia sorte obtigisset/
missus ne sis á me cõsule puteolos:at hæc/quæ nũc
cõmemorat Cicero/iam ipso ab exilio reuerso facta
fuisse indicat/& iam Cæsare nõ modo cõsule facto/
sed victorias iam plærasq; adepto/sex minimũ annis

post Ciceronis cõsulatum illãq; Sestij quæsturã.quẽ etiam in oratione pro eo ait C. Antonij collegæ sui quæstorẽ fuisse.sed/si diuinare liceat/quod sibi in iu=dicio de ui fauisset/laudatũ á Sestio Pompeium nõ absurde interpretabimur.Quid/si legamus e diuer=so?Quũ vt laudaret Sestiũ/introisset in vrbem/vel vt laudaret Pompeius Sestiũ.nam Pompeij nomen facile supscriptũ/laudaret/verbo esse potuit glosse=matis vice/indeq; deprauationis origo. Scimus his tpibus.i.paulopost restitutionẽ Ciceronis Sestiũ de ui reũ factum/quod tribunus plebis forũ armatis ho=minibus obsedisset.Id quoq; cõstat/morẽ fuisse reos laudandi ab optimis aliquibus viris ad iudiciũ gratiã cõciliandam/lata tamẽ post lege á Gn.Pompeio ter tiũ cõsule sublatũ/autor Plutarcus in vita Pompeij & Catonis.cui⁹ verba referre ommisissem/si nõ pa=rum cognitã interpreti isti rem existimassem paulo Infra eadem hac Epl'a/vbi de laudatione á P. Len=tulo ex Hispania Romã reis missa loquitur Cicero/ Plutarchi verba sunt.Iteq; male de se Pompeius au=diuit/quod/quũ leges statuisset/ ne pro reis laudes fierent/ipse ad iudices ingressus est/Plancũ laudatu rus.in quo Cato (erat.n.ex iudiciũ numero) aures manibus obstruens/nõ belle/inquit habere sese lau=des præter legem auditurũ.& in vita Catonis/præ/ terea/inquit/quũ Pompeius commendationes/reis dari in iudicijs solitas/per legẽ vetuisset/ac postea ipse Munatio Planco cõmendationẽ scripsisset/Ca=to/q in ea causa Iudex erat/quũ recitari cœpta esset Pompeij cõmendatio/aures manibus clausit/ legiq; illam prohibuit.Legimus pterea decurionũ Capuæ

cõmendationē eiusdem Sestij in illo iudicio Romā ad iudices missam in oratione/ q̄ pro eo Cicero habuit. Introisset autem in vrbem ideo dixit/quia quū his tēporibus præfectus esset rei frumentariæ Pompeius loca cuncta Italiæ obibat/penuriæ subuenturus/aut quod ruri per eos forte dies abfuisset. Nobis hæc valde lectio probatur/ita tamen/si & alijs placere eam viderimus/aut in antiquis exēplaribus cōstare. nā & Milonē in eodē iudicio reum à Pompeio defensum infra scribit Cicero & in oratiōe pro Milone nō semel. Item ¶ Quin etiā Marcello & Philippo Coss.) Marcellino/est in omnibus codicibus p̄ter Aldinos ac Mediolanenses/itaq; legi oportet ex his / quæ superius Ep̄la prima notauimus/vt quēadmodum eo loco in Marcellum temere fuerat Marcellinū mutatū/id hic quoq; factum sit. Itē ¶ Dixiq; eodem teste alio loco) Pompeio/non aut Vatinio/aut/vt somniauit interpres/Sestio. tota. n. hæc Ciceronis oratio eo tendit/vt ostēdat se imprudentē Pompeij voluntatis non destitisse/Cæsarem aptissime insectari / ipso Pompeio præsente atq; audiente. nā & alioqui tribunū sub Cæsare fuisse Vatinium indicat Cicero in oratione cōtra eū/ quū prædicit/ne sibi in sceleribus suis Cæsarē cōiungat/multisq; prętetea argumentis. Item ¶ Nihil habuit nisi reprehēsionē illius tribunatus) illius/Vatiniani accipe potius q̄ Clodiani/quū Clodius non Cæsare ac Bibulo Coss. sed sequenti anno Pisone ac Gabinio tribunatū plebis gesserit/vt eius flagitia ad infamiā Cæsaris minus pertinerēt. significatur id multis locis in ea Ciceronis interrogatione/quum ait/cum

consuli vim intulisse.s.Bibulo / quæ nulla Pisoni vel Gabinio illata est/ quin summa cõiunctione vel cõiuratione potius cũ tribunis Clodio Clodianisq; magistratũ administrarunt.quũ/vt se á Cæsare cõsule seiungat/prescribit.quũ de nouem eius collegis meminit/in quibus si fuisset Clodius/nõ fuit reticẽdus/ spretis præsertim ab eo auspicijs/ quæ nouẽ illis obseruata dicit. quũ ab ipso Vatinio iá tribunatu perfuncto/reo facto appellatũ Clodium tribunum/ne causam diceret / quod.s.ostendit/anno/ qui Vatinij tribunatũ insecutus est/tribunũ fuisse Clodiũ.& cũ ait/qs legatos vnq̃ audiuit sine senatuscõsulto:ante te nemo.post te cõtinuo fecit idẽ in duobus pdigijs Reip. Clodius. Hæc eo curiosius cõgessimus/quod Appianus aut errasse hac in re ipse aut Cõmẽtatorẽ istũ in eũ errorẽ induxisse videtur/ vt putet vtrosq; simul tribunatũ gessisse.nec mirũ/ qui ita Romanas res interdũ cõfuderit/vt Clodium Milonis in cõsulatu cõpetitorem scribere nõ dubitaret/Cicerone/ Plutarco/grauissimis alijs autoribus cõtra nitentib⁹/ illumq; præturæ/hunc cõsulatus eodẽ tẽpore candidatos prodentibus. Eodẽ errore Catonem á Pompeio ad Cyprũ Ptolemæũq; publicandum ait ablegatum/quũ id ex alijs constet/ nõ modo decretum/ sed perfectum etiã / Clodio tribuno plebis / Pisone ac Gabinio Cõs. Item ¶ De ui/de auspicijs/ de donatiõe regnorũ) donata regna Tetrarchis regibusq; dicit/non Pompeio aut Cæsari. quod ex his verbis/quæ sunt in ea oratione cõtra Vatiniũ/q̃ hic interrogationẽ vocat/satis arguitur. qm̃ pecuniam aliorũ/inqt/despicis/de tuis diuitijs intolerantissime

gloriaris/ volo/ vt mihi rñdeas / feceris ne fœdera tribunus plebis cũ ciuitatibus? cũ regibus? cũ tetrarchis? id alioqui & Clodio Gabinioq; ac Pisoni longiore oratione sæpiusq; obijcit. ait.n. appellati reges a populo/ qui id nũq̃ ne a senatu quidẽ postulassent. item. quæ regio ora ue terrarũ erat latior/ in qua nõ regnũ aliquod statueretur? quis autem rex erat/ qui illo anno non aut emendũ sibi/ quod non habebat/ aut redimẽdũ/ quod habebat/ arbitraretur? & mox/ reges appellaret/ rerũ capitaliũ cõdemnatos. & pro Milone de Clodio/ eũ/ qui regna dedit/ ademit. vt tolerabilius sit/ inuidiam eum Cæsari etiam ex flagitijs Clodij/ qui sit eius opera factus tribunus/ conflare voluisse/ sentire/ q̃/ id quod video nimis facile etiã Egnatium credidisse/ collegas in tribunatu Vatiniũ Clodiũq;. Appianus quidẽ autor est/ nõ modo Cæsaris testimonio subleuatum Clodium in iudicio violatarũ religionũ/ sed creatum etiam ab eo tribunum/ vt Ciceronis cõsilia potentiæ paucorũ aduersantis infringeret. ipse Cicero in oratiõe de prouincijs Coss. traduxit/ inquit de Cæsare/ ad plebem inimicũ meũ. In hui⁹ loci sensu de donatis regnis/ quũ mihi inuentũ referrem/ cõperi/ scripta iam excusaq; etiã annotatione nostra/ ab Egnatio diligentiã meã esse præuersam/ neq; solũ video/ sed etiã planẽ gaudeo/ quod imprudens in alienam rectam docti præsertim hominis opinionem incurrerim. vt hic noster labor si nõ inuentionis laudem/ at certe cõfirmationis pondus sit habiturus. De ui qđ ait/ ad M. Bibuli inclusionem cæterasq; iniurias pertinet / quæ in ipsa interrogatiõe Cicero acerbissime ꝓsequitur/ aptetq;

Cæſarē in aliqua re fuiſſe violentiorē dicit. Itē s ex Epi.vij. ¶ Et/ne lege Sēpronia ſuccederetur/ facile perfectum eſt) nō aſſentior Egnatio/vt Trebonia lege recipiā. nāq; in Trebonia nominatim referebatur de Gallijs Cæſari prorogandis. at in Sempronia quærebatur/quæ prouinciæ deſignandis cōſulibus anni eius darentur / quod in Ciceronis oratione aperte patet. nam ne hic quidē ita diſtinguit/ perfectū eſt lege Sempronia/ne ſuccederetur. ſed/ pfectum eſt/ne lege Sempronia ſuccederetur. verba pauca præter ea/quæ ſupra priusq̄ in Egnatij notam inciderem/trāſcripta ſunt á nobis/ appoſui/ne ſine/ quod aiunt/teſte aut ſubſcriptore agerē. At/inquit/ qui duas Gallias decernit Coſ. duobus/hos retinet ambos. qui autē alteram Galliam & aut Syriam aut Macedoniā/tamen alteꝝ retinet/ & in vtriuſq; parſ ſcelere diſparem conditionem facit. Faciam/inquit/ illas prætorias/vt Piſoni & Gabinio ſuccedatur ſtatim. ſi hic ſinat. tum enim tribunus intercedere poterit/nunc nō poteſt. itaq; ego idem/qui nunc cōſulibus ijs/qui deſignati erunt/ Syriā Macedoniāq; decerno/ decernam eaſdem prætorias/vt & prætores annuas prouincias habeant / & eos q̄primū videamus/quos animo æquo uidere nō poſſum⁹. ſed mihi credite/nunq̄ ſuccedetur illis/ niſi quū ea lege referetur/quā intercedi de ꝓuincijs nō licebit. & paulo poſt/quā ut/qui cōſul Kal. Ianuarijs habere prouinciam debet/is ut eam deſpōſam nō decretā habere videatur /fuerit toto in cōſulatu ſine prouincia/cui fuerit/anteq̄ deſignatus eſſet/ꝓuincia decreta. &c. Ac/vt omnino diuerſas fuiſſe leges doceā/Sempro-

nia in senatu disceptata est/vt ex Ciceronis oratiōe discas/Trebonia apud populū / quod Plutarcus in Catonis vita ostendit. Deinde/inquit/quū de prouincijs exercituq; Cæsari prorogādis referretur/nō amplius cū plebe egit Cato/sed ad ipsum Pompeiū cōuersus,&c. Vixq; adduci queo/vt putē legis Semproniæ quæstionisq; illius Ciceronianæ de ꝓuincijs Coss. tempore tribunū adhuc fuisse Treboniū/qui fuerit Pompeio Crassoq; Coss, ac tū Philippum/cū nominatim appellando in illa orōne/cōsulem inuit. tuus pater/Philippe/inquit/non vno tēpore cū suis nimicissimis redijt in gratiā. Itē ex.ix. ℭ Non potui magis in arcem illius causæ inuadere) Quid garrit interpres de suspitione Vectij illius in Cæsarē Pompeiūq; armati? Ego de Pompeio quidem apud ipsum Ciceronē in oratione in Vatiniū legi/de Cæsare etiā apud Appianū/qui tū cōsul esset/ quū Vectij indiciū patefactum est, at/quod nunc egisse Cicero se dicit de Campano agro/quattuor minimum post annis actum est/Cæsare in Gallia res gerente. Denīq; Vectij illud indiciū exilium Ciceronis præcessit/vt ei minime fuerit obliuione suoꝝ tempoꝝ opus. Itē ℭ Sicut & meis temporibus scimus) Catilinæ cōiurationem aptius acceperis / q̄ Vatinij aut Clodij furores/vt interpres. Item ℭ Sed attende/quæso/quæ sint cōsecuta. primum illa furta muliebriū religionū/qui nō pluris fecerat bonā deā q̄ tris sorores/impunitatē scelerum/eoꝝ sententijs assecutus/qui/quū tribunus pl. pœnas á seditioso ciue per bonos uiros iudicio persequi uellet/exemplū præclarissimū in posterum uindicandæ seditionis de

Rep.substulerunt/) fuit/quũ omnino ita legendum cõtenderim.primũ ille fur muliebrium religionum. & reliqua/vt sustulerũt verbũ sententiã clauderet. mouebar/quod illa furta muliebriũ religionũ nõ sũt Ciceronis exiliũ cõsecuta/sed pcesserũt.vt diceret/ quũ Clodius in iudiciũ vocaret/p tribunũ plebis/qa Ciceronẽ seditiose atq; armata/quod dicitur/manu in exilium eiecisset/absolutũ esse/aut certe iudicio subtractum.quod fere Plutarchi uerba ostendere in vita Ciceronis videbant.nec tamen/inquit/ob Ciceronis reditũ sic fractus est Clodius/vt quiesceret. nam & postea Ciceronem armatis hoibus aggressus occidere tentauit/& in domũ impetu facto/redemptoribus fugatis lapides & colũnas diesiecit.contra Cicero ipse nequaq̃ segnis cũ magna hominũ manu in capitoliũ profectus/tabulas a Clodio fixas/in qbus res gestæ tribunatus sui scriptæ erant/ui refixit atq; perfregit.De quo quũ in senatu accusaret/quod tabulas publicas tribunitiasq; priuata ui autoritateq; substulisset/negauit Clodium fuisse tribunũ.qm̃ plebeium magistratũ patritio homini per leges habere phas nõ esset.quæ sententia Catoni displicuit/ ille enim perniciosum quidẽ tribunũ/cæteꝝ tribunũ censebat/alias nec professionẽ suã in Cyprum nec cætera multa in Rep.gesta stare posse. Hinc sequuta est inter Catonẽ & Ciceronẽ quædã offensio/nõ tamẽ/quæ in apertã simultatẽ euaderet/sed quæ beniuolentiæ studiũ significationẽq; minueret.sed quũ iam Clodianæ cõtentiones longius procederẽt/ac multi/qui absenti Ciceroni fauerãt/reuerso præsentiq; inuiderent/ac ipse Clodius præturã peteret ad

omnia ꝑturbāda/ tandē á Milone Ciceronis amico interfectus ē. Hæc Plutarcus/ ideꝙ totidem penè in Catonis vita verbis. Sed/ quū ea tamē nullā accusati Clodij mentionē facerent/ autoremꝙ certū desiderarē/ nolui temere de recepta lectione/ quæ tamē nullum ferè haberet sensum/ immutare. nec cœlaui tamen/ vt/ siquis esset/ cui illa nō placeret/ haberet aliam sententiam nostrā ueterē/ q̄ sequeretur/ cōfirmaturus præsertim boni cuiuspiā scriptoris autoritate. tm̄ abest/ vt eam penitus reijciamus. De tribus sororib⁹ Clodij notatū est á Beroaldo in cōmentarijs Tranquillianis ex Plutarco. locusꝙ hic ex parte illustratus. Seditionem quid ēhāc plærīꝙ ad eam/ qua sit á Cicerone in exiliū ire iussus Catilina/ cæterīꝙ cōscij necati/ referunt. at/ si me sequare/ ad Clodianam contra Ciceronē potius erit referendū. quā sententiā nostrā sancire veluti videtur/ quod supra scriptum est/ nā neꝙ/ inquit/ de monumētis meis ab his adiutus es/ a quibus debuisti/ neꝙ de ui nefaria/ qua cū fratre eram domo expulsus. quasi tentatū sit iudiciū de uī Clodio intendere/ in quo destitutus sit ab amicis Cicero. nisi quod non á Lentulo sed á tribuno plebis factum idip̄m indicat. His adnotatis cū animi angerer / nec mihi ipse satisfacerē/ incidi/ aliud quærens/ in orōnis pro Sestio verba hæc/ quæ significant á Milone tentatā Clodij accusationē de ui/ á senatu tamen impeditā. Milo inquit/ & vidit/ & fecit/ vt ius experiretur/ vim depelleret / altero vti voluit/ vt uirtus audaciam vinceret/ altero vsus necessario est/ ne uirtus audacia vinceretur. eademꝙ ratio fuit P. Sestij/ si minus in accusando (neꝙ. n. per

omnes fuit idē necesse fieri) at certe in necessitate defensionis salutis suæ/psidioq; cōtra uim & manū comparato.& infra.ille/qui monumēta publica/qui ædes sacras expugnauit/excidit/incendit/qui stipatus semper sicarijs/septus armatis/munitus iudicib⁹ fuit/quoq; hodie copia redundans volitat ædibus/accusat eū/qui aliqua parte furorē exultantē repressit.hic/qui est se tutatus sic/vt in priuata re deos penates suos/in Rep.iura tribunatus auspiciaq; defenderet/accusare eum moderate/á quo ipse nepharie accusatur/per senatus autoritatē nō est situs.& pro Milone.ille/inquit de Clodio/erat/vt odisset primū defensorē salutis meæ/deinde vexatorem furoris/domitorem armoq; suoq;/postremo etiā accusatorem suū.reus.n.Milonis lege Plotia fuit Clodius/quoad vixit.& infra.tū se Milo cōtinuit/& P.Clodium ad iudiciū bis/ad vim nunq̄ vocauit.erat autē lex Plotia de ui.Cœlius libro.viij.M.Tucciū/inquit/accusatorē suū post ludos Ro.reū lege Plotia de ui fecit. Itē ℂ Quodmihi liceret/ut eadem causa & mihi vtilia & cuiuis bono recta defendere)in eadem/probo/quod alij habēt/aut/defenderem/etiā scribēdū. Item ℂ Ne tibi ego idem reponam/quū veneris/ tametsi possum vel absenti.recordare enim q̄bus laudationē ex vltimis terris miseris/ nec hoc pimueris) reponā est/vicem istāq; eandē molestiā reddam/rationis.s.reddendæ/ cur eos laudaris/quos ante odisses.nec incōstantiæ crimen pertimueris.in quo pueriliter delirat interpres ille Crescentinás.ex vltimis vero terris Hispania significat/in qua cū imperio fuisse Lentulū ante hæc tempora

suprascripsit Cicero quũ tu/inqt/Hispaniã citeriorẽ cũ imperio obtineres/neq̃ Resp.consules haberet/ sed mercatores puĩciaꝝ. Pisone.s.& Gabinio Coss. Hispaniã potiusq̃ Ciliciam intelligendã recordandi verbum ad præterita pertinẽs remotioraq̃ suadet/ præter id/quod vltimas terras dixit. Reponere idẽ significat Iuuenali.nũq̃ ne reponam vexatus toties rauci Theseide Codri? Item ℂTametsi sine vlla mea cõtumelia suscepisset/tulissem) tamen/si/ puto scribi oportere/ne sensus corruat.id,n.spectat quãuis repẽtinã/qđ extrinsecus intelligit. Itẽ ℂQuãq̃ ille perẽnis inimicus amicoꝝ suoꝝ/qui tuis maximis beneficijs ornatus in te potissimũ fractam illã & debilitatã vim suã cõtulit/ nostrã uicẽ vltus ẽ ipse se se.est.n.ea conatus/q̃bus patefactis nullã sibi in posterum non modo dignitatis / sed ne libertatis quidẽ partẽ reliquit) quẽ sentiat/in difficili est/Clodium nõ arbitror/ qui nec fuerit ornatus á Lentulo/ quũ in oratione pro Milone inimicũ eũ Clodio dicat Cicero/ & multo ante sacrilegiũ illud notissimũ perpetratũ/ut stultissimũ sit/illa huc/quod iterpres fecit/inducere.at ne illa quidẽ/quę putat Egnatius/ incensam Catuli porticũ/Milonis expugnatã Q.q̃ etiã Ciceronis domũ/appetitũ M.Ciceronẽ/ad hũc locum valde pertinent.Sed nimirũ facilius est falsa refellere/ q̃ vera inuenire.videbis tamẽ lector/num Catonẽ illum tribunũ/á quo tentatam Lentuli prouincię abrogationẽ supioribus literis apparuit/forte intelligat/qui & q̃bus Lentuli beneficijs fuerit ornatus/ & quos alios amicos suos læserit/quæq̃ scelera conatus sit/dicere pro certo nondum possumus,nisi

forte id est/cuius vestigium apud autorē Liuiani cō⸗pedij etiānum residet libro.cv.quū M. Catonis tri⸗buni plebis/inquit/intercessionibus comitia tollerē⸗tur/senatus vestem mutauit.neq̨ vero hic est Cato Vticēsis/qui tribunus fuit Syllano & Murena Coss. vt ex Cicerone pro Sestio/Sallustio/Plutarco/cæte⸗ris cōstat/quinq̨ minimū ante annis.quidā ei C.prę⸗nomen tribuūt.Liuianam historiā cōfirmare videtur Cicero ad Q.fratrē/itaq̨ Cato/inqt/cōcionatus ē/ se comitia haberi nō siturum/ si sibi cū populo dies essent exempti.nā/nec alioqui Egnatij sententiā/vt de Fusio tribuno ac uiolatę religionis iudicio p anti⸗cipationem accipiatur/sat probo /lectionē ue/quā is nouā inuehit. Item ❡ Quū etiā Cæsar/reb⁹ maximis gestis/singularibus ornatus & nouis hono ribus ac iudicijs senatus) supplicationes intelligit/ bone interpres/quas/rebus Gallicis nūciatis/ ei de⸗cretas Plutarcus supra morē ostendit.hæc vbi sena⸗tui renunciata sunt/inquit in Cæsaris uita/per sacri⸗ficia indictasq̨ solēnitates quindecim dieꝝ supplica tio/quantū vna in victoria nec dū superiori tēpore obtigerat/dijs īmortalib⁹ decreta est.nā prouinciæ quidē prorogationē apud plebē rogatione tribuni Trebonij impetrauit/eodē autore.de supplicationi bus uero Cæsari nouo nūero dieꝝ decretis ā senatu itēq̨ honorib⁹ alijs Cicero in oratiōe de prouincijs consularibus inqt/C.Cęsari supplicationes decreui stis numero/vt nemini vllo ex bello /honore/vt oī⸗no nemini.itē.supplicationē.xv.dieꝝ decreui sentē⸗tia mea.Reip.satis erat tot dieꝝ/quot C. Mario.nō erat exigua eadem dijs īmortalibus gratulatio/quæ

maximis bellis.ergo ille cumulus dierꝝ hominis ē di-
gnitati tributus.& mox. an reditus in patriā hēt ali-
quā offensionē? vtrū apud populū/ á quo missus est?
an apud senatū/á quo ornatus est?& infra.ego vos
intelligo P. C. multos decreuisse honores eximios
C. Cæsari & prope singulares/qđ ita meritus erat.
gratis etiam/vt ꝙ cōiunctissimus huic ordini esset.&
mox.vt Caius Iulius oībus á Senatu eximijs ac no-
uis rebus ornatus.multisq; ꝑterea locis/vbi nō eadē
modo sententia/sed verbis prope ijsdē de stipēdio/
de decē legatis/de supplicationibus decretis vsum
eū videmus/& in oratione in Pisonem & pro Cor-
nelio Balbo & in Epistola etiā supra pené proxima.
Item ¶ Nunc ab his/quibus tuēdus fuerat/dereli-
ctus) nō intelligo Cæsarē aut Pompeium/ut inter-
pres/sed eos/quos & ante ostēdit/vel inuit potius/
quū ait/dignitatem quidem illam consularem fortis
& constantis senatoris / nihil est / quod cogitemus.
amissa est culpa eoꝝ/qui á senatu ordinē cōiunctissi-
mū & hominē clarissimū abalienauerūt.vereor aūt/
ne Catonem forte Catonianosq; sentiat.eos certe/
quicūq; tandē fuerint/ait inuidendo effecisse primū/
vt Pompeius senatū derelinqueret/tum/vt/ siquis
causam senatus bonorūq; susciperet/non tam bono
Reip.lætarentur/ꝙ eū inimicū futurū viris improbis
audacibus tamen potentibusq;.idq; nō vultu solum
ostēdere/in quo fingere se causari possent/sed iudi-
cijs rebusq; ipsis apertissime ab eis patefactum esse/
bonos videlicet bonorūq; fautores damnando im-
probandoq;/ ꝑniciosos ciues fouendo absoluēdoq;.
vt iam nihil aliud quærere videantur/quā vt/bonis

aliis inter metũ inuidiãq; ac discrimina magna versantibus/ipsi in aliorũ ruinis calamitatibusq; optimi ac sapientissimi existimentur. quod & tẽpestate nostra sępissime/mihiq; etiam ipsi (si parua licet cõponere magnis) nõ semel contigit. Itaq; alio more viuendũ ait Cicero/aliudq; iam videri esse sapiẽtis.s. ita meminisse publicæ dignitatis/vt nõ obliuiscaris propriæ salutis/quũ sit extremæ dementiæ (hoc.n. illud ipsum est/ quod ingemiscit Sallustius) frustra niti/neq; aliud fatigando/quã odiũ/quærere. vt Catonẽ notari putem/facit/quod supra ex Plutarco vidimus/simultatẽ inter eos ortã/propterea quod Cicero Clodianas tribunitias tabulas refixisset. vt nõ censeam/quod subijcit/ornatũ á se Catonem cõtra Vatinij petitionem præturę. Cæsarẽ quidẽ Pompeiumq; nõ innui/id argumẽto est/quod ait/vbi de recõciliatione paulopost agit cũ Crasso. nã/quũ Pompeium & Cæsarẽ intercessisse ad recõciliationẽ eam dicat/quorũdã tamẽ maliuolẽtiã taxat/deq; eis ait/ quidã homines & ijdem illi/quos sæpe nutu significationeq; appello/ad hunc.s. superioresq; quosdam eiusdẽ occultæ sentẽtiæ locos respiciens. Item

¶ Sese/ si licitum esset legem curiatã ferre/sortiturum esse cũ Collega ꝓuinciã/si curiata lex nõ esset/ separaturum esse cũ collega) probo/ se pacturum/ quod & interpres. licitum esset/uero.i. si potuisset/si nõ eẽt impeditus. id enim significat licere/nõ quod per leges tñ/sed per homines quoq; atq; alia impedimenta facere non vetere. Curiata lex nõ est hoc loco certa quædã lex/quæ vniuersam istã in prouinciam succedendi rationẽ cõplecteretur/vt sentit in-

terpres/nec quæ esset multo ante generalis (vt no-
strati verbo vtar) cõstituta/verũ moris fuit/prouin
cias lege curiata sortiri.i.curiatis comitijs de sortitio-
ne prouinciaꝝ singulaꝝ ferri.leges enim etiã singu-
laria decreta scitaq; appellauere. Id animaduerti
nup placuisse ante nos ac latius disputatũ Egnatio.
vt & ferẽ/quod sequitur. Item ¶ Legẽ curiatã
cõsuli ferre opus esse/necesse nõ esse) vide/ne desit
sibi/vt sit.sibi necesse nõ esse.q.d.quãuis cõsules in
ꝓuincias ire/nisi sortitis eis lege curiata/nõ possint
soleant ue/sibi tamẽ/quod iam decretã senatuscon-
sulto prouinciam haberet/nõ esse necesse sortiri.
Itẽ ¶ Lege Cornelia imperiũ habiturum/quoad in
vrbẽ introisset) nõ dubito/quin/quoad/scribi opor
teat/hoc sensu.postq̃ exisset vrbem/cõtinuo cũ im-
perio futurũ/donec in vrbẽ reuerteretur.id.n.lege
Cornelia cautum esse/vt/quũ primũ vrbe egressus
esset is/cui prouincia decreta esset/imperiũ/quoad
in vrbem repedasset/obtineret.non/vt somniauit
Vbertinus iste. Subieci appositissima iuriscõsultoꝝ
verba/quod Egnatiũ quoq; hic tm̃ addubitantẽ in-
tueor. Vlpianus in Pãdectis Iustiniani/quo loco de
procõsulis officio pertractatur. Procõsul vbiq; qdẽ
procõsularia/inquit/insignia habet statim/atq; vrbẽ
egressus est.potestatem autẽ non exercet/nisi in ea
prouincia sola/quæ ei decreta est. Marcianus addit.
Omnes procõsules statim/quũ vrbẽ egressi fuerint/
habẽt iurisdictionem/nõ cõtentiosam/sed volunta-
riam.vt ecce manumitti apud eum possunt tã liberi
q̃ serui/& adoptiões fieri. Apud legatum vero pro-
cõsulis nemo manumittere potest/quia non habet

iurisdictionem talē. Idē Vlpianos. Proconsul porrā/ inqt/Romæ ingressus deponit imperiū. Ac/tametsi legis Corneliæ nō meminerint / nō absurde tamen eam accipies/de qua Cicero infra ad Appium. Sed eo/iquit/discessisti/quo ego te ne persequi quidem possem triginta diebus /qui tibi ad decedēdū lege/ vt opinor/Cornelia cōstituti essent. Itē. censui sumptus legatis q̄maxime ad legem Corneliam decernendos. Meminit/opinor/& pro Rabirio. & Plutarcus in Sylla/q̄ de gubernatione ciuitatum vocat/ob seditionem Puteolanam latam. nam & paulopost/ ℂQuoad sine lege curiata tibi succedat) legi malim/q̄ qd̄ . Itē ℂEt/quid sentiā/ostendere/&/ quid feceris/defendere) latina honesta propria loquutio/quod feceris/nō/quid. error tamē idē haud longe repetitus. ℂFacilitate aūt/quid vellem/ cōsequi potuisses) quod/enim scribi debuit.

Ex Epi. x.

ℂNeq; in Appuliā tuā accedas/vt possimus salutē te venisse gaudere. nam/illo si veneris/tāq̄ Vlysses/ cognosces tuoꝝ neminē) arrogantiam Valerij per iocū pungit. hoc. n. dici arbitror. tam te ista tua iuris prudētia diuturniorq; peregrinatio supbum reddidit/vt/si in Appuliam veneris/vllum ex amicis tuis dedigneris agnoscere. vt nemo gratulaturus tibi sit sospitem aduentū tuū. Alioqui suos agnouit Vlysses incognitus eis ipse. simulauit tamē neminem agnoscere / ita vt bubulcū/pastorem suū/ filium/vxorē/ patrē q; ēt aliqudiu ludificatus sit. autor Homerus.

EX LIBRO SECVNDO EPISTOLARVM FAMILIARIVM.

Ex Epistola Prima.

IN quo añt te desiderare significabas meas literas/prætefers perspectum mihi quidem sed tamē dulcem & optatum amorē tuũ) qui sensum verbaꝗ & structuram totam expēderit/ prætefferres/nõ dubitabit legendũ/aut certe/ significas. Item ℂ Eas te nõ potuisse consequi/nisi meis puer olim fidelissimis atꝗ amantissimis cõsilijs paruisses)id nimirũ inter cætera significat/quod est in Antonium Philippica secunda. sumpsisti/inquit/ virilem togam/quã statim muliebrē stolam reddidisti.primo vulgare scortum/certa flagitij merces/nec ea parua.sed cito Curio interuenit/qui te á meretricio quæstu abduxit/&/tanq̃ stolã dedisset/in matrimonio stabili & certo locauit. nemo vnq̃ puer/ emptus libidinis causa/tã fuit in Domini potestate/ q̃ tu in Curionis.quotiens te pr̃ eius domo sua eiecit?quotiēs custodes posuit / ne limen intrares?quũ tamē tu nocte socia/hortante libidine/cogente mercede/p tegulas dimitterere.quæ flagitia domus illa diutius ferre nõ potuit.scis ne me de rebus mihi notissimis dicere? recordare tempus illud / quũ pater Curio mœrens iacebat in lecto / filius se ad pedes meos prosternens/lachrymans/ te mihi cõmendabat/orabat/vt te contra suum patrem/si sestertium sexagies peteret/defenderem.tantũ.n.pro te inter

ceſſiſſe dicebat.ipſe autem/amore ardens/cõfirma-
bat/quod deſiderium tui diſſidij ferre nõ poſſet/ſe
in exilium eſſe iturum.quo ego tempore tanta mala
florentiſſimæ familiæ ſedaui/vel potius ſuſtuli.patri
pſuaſi/ut ęs alienum filij diſſolueret/redimeret ado-
leſcentẽ/ſumma ſpe & animi & ingenij præditũ/rei
familiaris facultatibus/ eũq́ á tua nõ modo familia-
ritate ſed etiam cõgreſſione patrio iure & poteſtate
prohiberet.hæc tu quũ per me acta meminiſſes/niſi
illis/quos videmus/gladijs cõfideres/maledictis me
ꝓuocare auſus eſſes? Hæc Cicero.quæ & Plutar-
cus cõfecta á Cicerone cõfirmat in M. Antonij vita.

Ex Epi.ij.

¶Nempe ſtudium nõ defuit declarãdoq́ munerũ
tuo nomine)neuter ex interpretibus/quid ſibi uellt
Cicero / pcepit.neq́ enim oſtendit declarata fuiſſe
munera/ſed poti⁹ purgat ſe cæteroſq́; Curionis ami
cos atq́ domeſticos/quod non declararint.id enim/
quantũ ex hoc loco conijcimus/Curio quæſtus erat
per literas/non eſſe factum.quod Cicero dicit/non
negligẽtia prætermiſſum/quũ in ea re ſuũ quiſq́ ſtu
dium cogitando cõmunicandoq́ pſtiterit/ſed certa
ratione tandem viſum/eam declarationẽ aduentui
Curionis reſeruandam.cui ſenſui propius omnino
Clericus ille acceſſit/ ſibi tamẽ parum cõſtans/ mo-
do enim declarata ait/modo negat.

Ex Epi.iij.

¶Atq́ in hoc genere hęc mea cauſa eſt/ut neq́ ea/

quæ nunc sentio/velim scribere) non sentio/ male duointerpretes legunt/vt ego arbitror.hoc.n.dicit Cicero/se nõ modo nõ/quę futura coniiciat/quasiq̃ iam diuinet/sed ne præsentia quidem/quæq̃ in dies videntur sentiũturq̃/velle scribere.solet enim grauissimi ciuis Cicero in scribendis de Rep. literis esse testari/ nõ de his/ quæ palam omnibus sint/certiorẽ facere amicũ/sed/quæ futura sperentur/vt ad Cœlium.ne illa quidem/inquit/curo/mihi scribas/ quæ maximis in rebus Reip.geruntur quotidie/nisi quid ad me ipsum ptinebit.scribẽt alij.multi nunciabunt. perferet etiam multa ipse rumor. quare nec præterita nec præsentia abs te/sed/vt ab homine longe in posterum prospiciente/futura expecto/vt ex tuis literis/quã formã Reip.viderim/quale ædificium/futurum sit / scire possim.& ad Lentulum.hic quæ gerant/quæq̃ acta sint/ea te ex literis multoꝝ & nuncijs cognoscere arbitror.quæ aũt posita sunt in coniectura/quæq̃ videntur fore/ea tibi puto á me scribi oportere.& alibi nõ raro.

Ex Epi.v.

¶Vel remunerãdo cumulandoq̃ illustrare possit) alij ¶Vel remunerando vel cumulando illustrare possit) ego/vel in remunerãdo cumulãdo illustrare possit.vt singula singulis respondeant.in quo deceptus interpres. Item ¶Eam aũt vnius tui studio me assequi posse cõfido) affirmat audacter Laurentius Vallensis legi debere/tuo vnius/quod ita ratio grãmatices postulet.ego autem video Varronẽ

libro tertio rei rusticæ dixisse de villa/at/quũ hæc sit cõmunis uniuersi populi/illa solius tui. Illud insup addimus/subiectam hanc Epistolam aliquãdo existi masse nos primã libri huius esse debere.in quo nunc ita nihil nouandũ remur/vt iusto sacramento cõten dere possimus/suo loco positã/adeo á nobis ipsi interdum dissentimus.

Ex Epi.vj.

¶Ne te auferant alioꝶ cõsilia) vide/ne M.Antonium potiusq̃ Cæsarem innuat. nam Cæsaris nõ tã consilium dici/q̃ petitio ac rogatio debuit.sané Plutarcus & amicũ Antonium his temporibus Curioni & eius opera tribunum factum scribit Antoniũ/magistratũq; etiã cũ vna gessisse/ Cicero Appianusq;. is Antonius ex Iulia natus cognatione Cæsaré attingebat.porro hortatur Curionem Cicero/vt sententiam suã sequatur/quod iam ante Cœlij literis edoctus erat/eum Cæsari valde inimicũ. sic.n.ait Cœlius de Cæsare.Curio se totum cõtra eum parat.qd assequi possit/nescio.illud video/bene sentienté/& si nihil effecerit / cadere nõ posse. Item ¶De sacerdotio tuo quãtã curã adhibuerim) sacerdotiũ ĩtelligo tribunatũ ipsum. nam & eam sacrosanctam potestatem fuisse/ pluribus autoribus testatum est. nisi vero ex eo auguré quoq; factum Curioné diuinemus/quod scribit Plutarcus ĩ M.Antonio.C.Curio/inquit/Antonij amicus/ex mutatione Cæsari fauens/potentia/q̃ dicẽdo cõparauerat/magnis prætere largitionibus/quas Cæsar subministrabat/tri-

bunum plebis creauit Antonium/post etiã inter augures cooptauit. Cicero.n. videtur/quũ simpliciter sacerdotiũ nominat/per excellentiã auguratum dicere. libro. xv. ad Catonẽ/sacerdotium deniq̃/inqt/quũ/quẽadmodũ te existimare arbitro/nõ difficillime cõsequi possem/nõ appetiui. & infra de eadẽ re. itaq̃ & augur postea fieri volui/qđ antea neglexerã.

Ex Epi. vij.

¶ Vt vadimonia dilata & chresti cõpilationes mitteres/& ea/quæ nobis/quũ Romę summus/narrare audeat.) vadimonia significat/quos vulgo nunc in iudicio terminos vocãt. quũ.n. antiquitus satisdarẽt/certa die iudicio sisti/prætor interdum diem iudicio destinatam prorogabat. indeq̃ dicta dilata vadimonia. quod isti grãmatistæ parũ intelligũt. Quæ vero narrare Ciceroni nemo audeat/non sunt/in quibus Cæsar Pompeius ue offendant/aut quæ alios quosdam lædant cõtra ius & honestũ/vt ariolatur interpres/sed leuia/futilia/fabulosa/quęq̃ Ciceroni propter grauitatem eius atq̃ autoritatẽ omnibus indigna relatu viderent. Cœlius in Epistola/cui hac responsum est/ Quod tibi/inquit/decedens pollicitus sum/me omnis res vrbanas diligentissime tibi pscripturum/data opera paraui/qui sic omnia perseque retur/vt verear/ ne tibi nimiũ arguta hæc sedulitas videatur. & infra. sed ipsum volumen/inquit/ quod tibi misi/facile (vt ego arbitror) me excusat. nescio cuius ocij esset/nõ modo perscribere hæc/ sed oĩno animaduertere. omnia enim sũt ibi/senatusçõsulta

edicta/fabulæ/rumores.quod exemplũ si forte mi/
nus te delectarit/ne molestiam tibi cũ impensa mea exhibeã/fac me certiorem. Id eum nunc docet Cicero sibi displicere. Ego autem nõ inepte facturum arbitror/nec inutiliter/ qui á Cœlio ad Ciceronem missas istis ordine imprimẽdo interserat/sunt.n.altera alteris expositiones clarissimæ. Itẽ s̃ ℂ Ego quũ Athenis decem ipsos dies fuissem) quid?si/cũ ipso.nam alioqui/ipsos/totos nõ probo.

Ex Epi.viij.

ℂ Te autẽ contemplans absentem/& quasi tecum corã loquerer/nõ equidem quantã rem egeris/neq; quantũ facinus feceris/ quod quia præter opinionẽ mihi acciderat/referebã me ad illud / incredile hoc factũ obijcitur) ego/quẽ hinc sensum extorqueant/ qui ita legunt/non video.locus vero facilis efficitur paruo momento/si/quia/dictio abundans/ut puto/ deleatur.quũ.n.scriptũ esset/quod præter opinionẽ mihi acciderat/lector supne glossematis/vt fit/uice/ quia/ scripserat/quasi/quod/quia/ significaret/non/ quæ res.id verbũ inde librariorũ inscitia in contextũ tractum totã sententiã fœdauit.legatur igitur.quod prẹter opinionẽ mihi acciderat.vt/si/quod/relatiue accipias/piaculum tamẽ ne admiseris.verba autem ea/ incredibile hoc factum obijcitur/ex persona cõpetitoris Cœlij sunt/qui se repulsum mirabaẗ/obstupescebatq; prælatũ sibi tot suffragijs Cœliũ in ædilitate.significauerat enĩ Ciceroni Cœlius/id ipsum ingemiscere cõpetitorẽ suũ.tametsi non extet huius

tei Cœliana Ep̃la, multas.n.q̃q̃ missas ne ad ipsoꝝ quidẽ manus peruenisse arbitror / nedũ omnes ser∕uari in hæc tempora potuerint. Acciderat autẽ p̃ter Ciceronis opinionẽ/nõ vt Cœlius ædilitatem cõse∕queretur (id enim pro certo ante habuerat/quod ostendit/quũ ait/tũ etiã sperata tua dignitate/alio/ quã interpretis/sensu) sed id/vt tantopere doleret quasiq̃ lachrymaretur Hirrus repulsus/verbũ illud crebro repetens/incredibile hoc factum obijcitur. in quo pueriliter desipuit alter interpretũ. qđ vero subdit Cicero/ ℭ Vltorẽ nõ modo inimicoꝝ/ sed etiã inuidoꝝ meoꝝ/vt eos partim sceleꝝ suoꝝ/ partim etiam ineptiaꝝ pœniteret) iuuidos Hirrum ipsum accipit Cœlij cõpetitorem eosq̃/ qui ei cõtra Ciceronẽ fauissent impulissentq̃/quasi Ciceronem irrisuri/tali obiecto cõpetitore/quod.s.antea Cice∕roni in auguratu se cõpetitorẽ nõ dubitauerit exhi∕bere. Cœlij verba sunt ad hũc locum attinentia.sic tu/inquis/Hirrum tractasti;ĩmo/si scias/quã facile/q̃ ne contentionis quidem minimæ fuerit/pudeat te/ ausum illum vnq̃ esse/incedere tanq̃ tuum cõpeti∕torem.significat alijs Epistolis Cicero Hirrum secũ auguratum petisse. Item s̃ ℭ Vt dederis nobis (quẽadmodũ scripseras ad me) quẽ semper ridere possemus) id quoq̃ ex Cœlij verbis/sed hoc vsq̃ eo suaue est/inquit de cõpetitore Hirro/ quod si acci∕derit/tota uita risus nobis deesse nõ possit. Nam/qđ isti de C. Attilio nescio quo somniauerint/vnde sit/ nõ intelligo.mirorq̃ vel maxime/tam negligẽter in re grauissima atq̃ elegãtissima versatos/vt cõferre Cœlianas cũ Ciceronianis Epistolas piguerit.unde

in fœdos errores irrepsere. Item ¶ Itaq͂/quū audiui) te ædilem factum/Hirrū præteritū. Itē ¶ Ego voluptatē habui nimiā) habui/retineo/nō/ vt uterq͂ agnouit interpres/hominū.

Ex Epi.ix.

¶ Velles enim/ais/tantūmodo vt haberē negocij/ quod esset ad laureolā satis) Cœlij verba sunt.nā/ si hoc more moderari possemus/vt pro viribus co/ piarū tuarū belli quoq͂ existeret magnitudo/&/ q̄tū gloriæ triumpho opus esset/assequeremur/periculo/ sam & grauem illam dimicationē euitaremus / nihil tam esset optandum.Et alioqui autor est Plutarcus/ triumphū redeunti Ciceroni oblatum/quē/tametsi ille antea cōcupisset / cōditione tamē temporū per/ motū non egisse.sed & oppidum/ de quo infra.lvij. die captū idem Ciceroq͂. Nec vero scripta est hæc ante superiorē Epistola/vt interpres putat. Itē ¶ Sin id erit/vt scribis / & vt ego arbitror / serius/ illud) &c̄.potuit hic locus præteriri/si non fuisset in animo/verbū/quod alioqui parū Ciceronianū exi/ stimari queat/ostendere etiam ab eo nō semel vsur/ patū.Videtur itaq͂ legēdū/spissius/vt vulgata etiā nōnulla præferūt exemplaria.id verbum significat difficilius.idem autor in Bruto.quū tamen spisse in/ quit/atq͂ vix/vt dudum ad Demosthenē & Hyperi/ dem/sic nunc ad Antoniū Crassumq͂ puenimus.itē in tertio de oratore.sed/etiā si est aliquanto spissius/ aut si ego sum tardior/ profecto nunq͂ cōquiescam. super sedissemab hac notatione/vt dixi antea/ si nō

abijci integram germanãq; lectionem ab interprete etiã agnitam viderem. alioqui / serius / verbum nihil hoc loco habet aut venustatis aut sensi.

Ex Epi. xj.

¶ Diogenes tuus homo modestus á me cũ Philone Pessimunte discessit) Philonẽ intelligit Cœlij libertum / nõ Milesiũ illum / vt diuinat temere interpres. verba Cœlij sunt. libertum Philonem isthoc misi & Diogenem græcum / quibus mandata & literas ad te dedi. vt & Diogenẽ puérse libertũ accepit Cœlij.

Ex Epi. xij.

¶ Post hoc negociũ autẽ & temeritatẽ nostri Dolobellæ) garrit interpres / qui / cui hęc Epl'a rñdeat / nõ vidit / quæ est illa Cœlij / cuius initium. nõ dubito / qn perlatũ ad te sit / Appium á Dolobella reũ factum. nihil aliud dicit Cicero his verbis / quã / postq̃ vero accusatus est á Dolobella nostro (nõ quidẽ genero / neq; enim dum ei filiã collocarat Cicero / vt ex eadẽ illa Cellij Epl'a discitur / sed familiari / quẽ duobus capitis iudicijs defendimus / vt libro sequẽti Epl'a illa / quũ nobis) Appius / ego pro eo intercedo & deprecor. Itẽ s ¶ Et in ipsa collegij laude & scientia studiosum mei) hoc propter librũ / quẽ de augurali scientia ab Appio sibi ante inscriptũ significat Cicero libro sequẽti pluribus Epl'is. Item ¶ Erat in eadẽ Epl'a Veternus ciuitatis) satis in Decuria nugas impitissimi hominis cõfutauimus. quod ad illud

attinet/ita in uia putaui/quod nos/ita viuam/scribi malum?/Cicero/sollicitat me/ita viuã/tua mi Tyro valetudo. De locupletatis prīncipis omnino mūtāda lectio/vt eo loco ex Crassi nostri sententia monuimus. Cicero.n.initio/quū in puinciā venisset/ei negocio cōfestim animū intendit.nec verisimile est/tā sero.i.sub ipm decessum tantā rē curare tunc demū voluisse.libri insequentis ad Appiū Epistolæ nostrā sententiā cōfirmant. De reliquijs superioris lustri/in quibus festiue ariolatur interpres Clericus/addo/quod est ad Lentulū supra libro primo.accepi/inqt Cicero/literas tuas de publicanis/in qbus æquitatē tuā non potui non probare. Facilitate autem/quod vellem/cōsequi potuisses/ne eius ordinis/quē semp ornasti/rem aut voluntatē offenderes. Equidem nō desinam tua decreta defendere.&c. significat enim Cicero á Lentulo Ciliciæ ante se Appioq pconsule contra publicanos esse decretum/se vero hoc loco/etiā illius tpis reliqua curasse/sine tamen puincialiū ipsorq querela.

Ex Epi.xiiij.

Tum quod is/q erat iratus/cōpetitor tuus & idē meus assensus est ei/qui ornauit res meas diuinis laudibus) qd Attiliū? qd Curionē nugatur interpres? De Attilio satis supra explosimus.cōpetitorē intelligit Hirrū/ornatorē Catonē Vticensem.verba Cœlij/qbus hæc rñdent/sunt octauo libro.renunciatū/inqt/nobis erat/Hirrū diutius dicturū. prehēdimus eū.nō mō nō fecit/sed/quū de hostibus ageretur/&

possset rē īpedire/si/vt numeraretur/postularet/ta-
cuit.tantū Catoni assensus ē/qui & locutus honori-
fice nō decreuerat supplicationes. & libro.xv.Epl'a
lætus sum/gratias agit Catoni/quod de se in senatu
sit honorificentissime loquutus.quod & Epl'a Cato-
nis eodem loco ostendit.in quibus cōferendis nimiū
iste supine se gessit.ac tū demū/quū ad librū octauū
peruenit/sensit ex parte/quæ cui respōderet Epl'a/
nec tamē ad istas ineptias vel potius somnia castigā
da regressus est. Itē ¶ Nā ea/quæ speras Tul-
liæ meæ prudētia temperari posse/scio/cui Epistolæ
tuæ respōdeāt) dij boni/ quā toto/quod aiūt/errat
cœlo noster hic vetus interpres.ego coniunctim/vt
propositū est/lego.hoc autem dicit:quod scribis ad
me/pudore Tulliæ/ si qua vitia in Dolobella resta-
bunt/(hæc.n.Cœlij verba)cōfidere te propepiem
sublatum iri/scio/quid intelligas.s.inimicitias Dolo-
bellæ cum Appio ab eo accusato/ adomnitionibus
Tulliæ extinctum iri.potest aūt/cui/pro/cui rei/acci-
pi/vt/Epistolæ tuæ/pluralis sit nominatiuus/potest
&/cui Epistolæ tuæ/datiuus esse singularis/vt intel-
ligat eā Epistolā/ qua scripserat Cœlius ad Cicero-
nem/Appiū á Dolobella reum factum/nam in eadē
de affinitate ista cū Dolobella cōtrahenda nō nihil
immiscet.ea est libro octauo/hoc initio/non dubito.
suas aūt literas Cicero intelligit vel eas/quas ponit
interpres/vel eas/quas ad Appiū libro.iij.ita exor-
ditur/quū nobis allatū est. Itē ¶ At omniū feré
exemplo) nō est/vt retur Clericus ijq;/qui/exem-
plum/scribi malunt/ qui suis moribus esset omnibus
exemplo/ sed exemplo feré omniū procōsulum/qui

decedentes / quũ qs est relinquẽdus/quæstorẽ præficiunt. qđ ipse paulopost ad Thermũ ostẽdit. Itẽ ℂ De Ocella plané ad me parũ scripseras) hæc scripserat Cœlius de Ocella. Seruius Ocella nemini persuasisset se mechũ esse/nisi triduo bis deprehensus esset. quæres/vbi. vbi Hercle ego minime vellẽ. relinquo tibi/ quod ab alijs quæras. neq;.n. displicet mihi/imperatorẽ singulos percunctari/cũ qua sit ali qs deprehensus. Hęc subscripsi/quod interpres ambigere de re haud incerta videbatur.

Ex Epi. xv.

ℂ Sed incurrit hæc nostra laurus nõ solũ in oculos sed iam etiã in voculas maliuolorũ) quid/si legatur? sed & incurrit. quasi duabus iã allatis rõnibus tertiã hanc adijciat/quod honorem suũ ac gloriã inuisam esse ciuibus sentiat. laurũ vero dicit propter laureatos fasces/qui impatoribus eisq;/qbus esset/vt Ciceroni/decretus triumphus/dabantur. quos ipsos per Campaniã diu gestauit. autores Plutarcus alijq;. interpres in eo fallitur. Item ℂ Ne amicis molestus sim) si ad eius rura habitaturus apudq; eos diutius victurus accedã. cõtra quã Clericus. Cicero ad Gallũ. næ ego multo libentius emerim diuersorium Tarracinæ/ne semp hospiti molestus sim. Itẽ s ℂ Quæ nõ animũ meũ magis sollicitũ hẽret q̃ tuũ) habent puto recte ex sensu scribi/aut/vt interpres/ haberent. Itẽ ℂ Quod est igitur meũ triste cõ silium?) nugatur interpres. ad Cœlij verba tñdet/ quæ sunt libro. viij. exanimatus/inquit/sum tuis lite-

ris/qbus te nihil nisi triste cogitare ostendisti. neq̧/ id qd esset/pscripsisti. Item ℂ In hominũ inso-lentiũ indignitate fastidiũ) indignitas est/quũ quis/ quod se indignũ sit/facit/aut cũ quis/quo nõ sit di-gnus/consequitur. indignitas ergo insolentiũ/qui & plus possint/quã deberent/& imeritis plærisq̧ detri menta inferrent/publicisq̧; erũnis quasi insultarent. in quo video cæcutire interpretem. Itẽ s ℂ Eo si onere carerem/ quãuis paruis Italiæ latebris con-tentus essem) significat/vt eo onere careat/ quoli-bet recessurum esse. adeo ei graue uisum est/tm̃ põ-deris illis præsertim tpibus sustinere. Itẽ ℂ Nõ enim te cœlaui sermonẽ. sed nõ ne tũ prouidisti/quã abhorrerẽ ab vrbe relinquenda?) puto ita legi atq̧ distingui oportere. nõ enim te cœlaui. in sermone tũ prouidisti/ q̃ abhorrerẽ ab vrbe relinquẽda. nam & in quibusdã codicibus abest totum illud/ sed nõ ne/ quod ex/sermone/verbo. s. defluxit. Itẽ ℂ Sa-tis amplũ patrimoniũ relinquã in memoriã nominis mei) vel/in/abundat/vel/memoria / sexto casu le-gatur. Itẽ ℂ Dolobellã meũ vel potius nostrũ videbã fore ab his molestiis/quas liberalitate sua cõ-traxerat/liberũ) vide ne/ libertate/sit rectius. vt ad accusationẽ Appij referatur/quę multos ei inimicos pepererat amicos eius / iter quos Pompeiũ/Brutũ/ Lentulũ affines Appij/ã quibus ille videbatur tutus futurus/si in bello ciuili Cæsarẽ sequeret. Neq̧ uero improbo lectionẽ etiã / q̃ refutat interpres/vt iun-gatur ita superioribus / specula/ quod Dolobellam meũ &c̃. Itẽ ante ℂ An dubitas / quin sciam/ quanti cũ illum tũ vero Tulliã meã faciam/ quin ea

me cura vehementissime sollicitet) nõ fuit mutãda/ cõstans etiã in corruptissimis alioqui exẽplaribus lectio/quã scias / interpreti etiã agnita/neq; ab Aldo neq; a Mediolanensibus / quorũ vtrorũq; in plærisq; minus mẽdosos codices hẽmus. Itẽ ℭ Velim/ ita sit/sed tamẽ togam prætextam texi Appio. puto te audisse) distinguo aliter. velim/ita sit.sed tamen. vt hic suspensus relinquatur sensus. sequatur q;. togã prętextã texi Appio puto te audisse. qđ de Appio. s pulchro accipiẽdum est/eo fortasse sensu/ Appium etiãnum de triũpho/ quẽ propter Dolobellæ accusationẽ destituerat/ cogitare. nã/ quæ interpres cõminiscitur/puerilũ deliramẽtorũ sunt. Quod sequit de Curtio/vel/ut alij habent/Curio/mihi in obscuro est. ne ex his me existimare videar / qui oĩa scire profitentur.

Ex Epi. xvj.

ℭ De sectionibus referendis nõ erat incõmodũ te nullã referre) cur/rationibus/ scribere noluerit Aldus/cuius opera excusos codices vt minime mendosos castigamus/ nõ mediocriter miramur. vt hercle/ & quod proprætori potiusq; quæstori/ quod cætera omnia seruant exẽplaria/literarũq; ipsarũ argumẽtũ indicat / scribere maluit. Item ℭ Quã Bibulus certa quadam ratione nõ seruat) & quod inimicus Cæsaris/& quod spretis auspicijs perq; uim latas/se domi incluso/ dicere est ausurus. autores Cicero in Vatiniũ/Liuius/Plutarcus/Appianus/cæteri. Itẽ ℭ Vt ei q̃ humanissime scriberem) ei/est ad eũ/

vel inuito interprete/vel patrē Bibulũ vel filium/ ſed patrē magis.inuit id humanitatis verbũ/dicturi alioqui q̃diligentiſſime aut id genus aliquid.

Ex Epi.xvij.

¶Eo iocundiorē mihi eã ſortē ſperabam fore/quo diutius in prouincia mecũ fuiſſes) fuiſſes/ad futurũ tempus refertur/nõ præteritũ. hoc.n.dicit.quo maturius in prouinciam veniſſes/mecũq; in ea diutius fuiſſes.nõ aũt ſignificat/Cœlium fuiſſe in prouincia Ciceronis/etiã anteq̃ crearetur quæſtor/quomodo ab interpretibus acceptũ video. erat.n.cũ per ſe iocundũ Ciceroni/Cœlium ſibi quæſtorem obtigiſſe/tum vero iocũdius futurũ/ſi nõ nomine tm̃ & ſorte/ſed etiã re ipſa quęſtore eo diutius eſſet vſus.igitur/quod ait/cõſuetudinē quoq; accedere/futurã intellige nõ prętericã. Item ¶Quod itē cõſul Verginius propinquus tuus) Virginiũ cõſulē circa hæc tēpora nullum fuiſſe ſatis ſcio.erant.n.M.Marcellus & Seruius Sulpitius.deſignati vero C.Marcellus & L.Paulus Aemilius Lentulus/niſi vero hi iã ingreſſi magiſtratũ/quod magis puto.itaq; exiſtimo ſcribendum.Caius Verginius.quod & tertia Epiſtola ſequentis libri in quibuſdã codicibus deprauatũ erat.ego cõſul Pontiniũ legatũ meũ &c̃.Vbi C.Pontiniũ poſteriorũ ſolertia recte repoſuit.

EX LIBRO TERTIO EPI-STOLARUM FAMILIA-RIVM.

Ex Epistola.ij.&.iij.

E T praeter opinionẽ accidisset) quia.s.quũ puinciae administrationẽ ipse nón ambiret aut cuperet Cicero/nõ putabat sibi veluti dormiẽti eam de coelo missum iri.nõ quod esset mi-nor magistratus cõsulatu.quis enim vnquã cõsul nõ/finito magistratũ/ proũinciam exoptauit:aut cui nõ id honorificum cõtigit? Coelius in octauo/ consules autem/inquit/ quia verentur / ne illud senatuscon-sultum fiat/vt paludati exeant/& cõtumeliose prae-ter eos ad alium res transferatur/omnino senatum haberi nolunt.itaq;/qui contra putat/rerum se Ro. imperitissimum ostendit.nec tamen mirum/qui Ci-licem Phaniamq; eundem asseueret/nec inimicitias recõciliationemq; Ciceronis cũ Appio satis cogno-rit. Aut/praeter opinionem/quia / quũ Cicero domi q̃ foris aptior plaerisq; videretur/quibusdã vero etiã nihil minus q̃ ad arma natus/nemo eum putabat contra bellicosas gentes cũ imperio missum iri.

Item ex.iij. ℂ Quas in senatu recitare voluisti) re-citari/melius/vt ĩ alijs.sicut etiã. ℂ Qua de re sena-tusconsulta quae facta sunt) quã/senatuscõsulto.sae-pius.n.de eadẽ re interdũ decernebatur.

Ex Epi.v.

¶ Tũc mihi ille dixit/classe te velle decedere/ per fore accõmodatũ tibi / si ad illam maritimã partem prouinciæ nauib⁹ accessissem) ad Sidã/legere malo quã/ad illam/ex alijs Epistolis ad Appium & vna libro.xij.in qua est/vsq in Sidam/quæ extra mare regio est prouinciæ meæ. scribit aũt Lentulus/qui Ciliciam & ipse obtinebat. in sequenti Cicero/ q̃ si ad Sidã nauigassem.& in penultima/quũ ad Sidã naui accederem.

Ex Epi.vj.

¶ Sed eo discessisti / quo ego te ne persequi quidẽ possem triginta diebus/qui tibi ad succedẽdũ lege/ vt opinor/ Cornelia cõstituti essent) sensum quidẽ excogitauit interpres nõ omnino absurdũ/cui tamẽ uerba nõ sint satis cõsentanea.vide igitur/num/decedendũ/legi possit.quod cũ iam coniecissem/animaduerti etiã Mediolanẽses seruare codices.vt sit/ ad decedendũ/vbi primũ successor tuus prouinciam attigisset.in quo me cõturbat/quod ad finẽ Epistolę se in prouinciã venisse ait pridie Kal. sextiles/castra vero mouisse ab Iconio pridie cal. septẽbris/vt iam fuerit triginta dies in ꝓuincia / & tamẽ deliberat cũ Appio/vt salua lege Cornelia coram venire liceat. neq vero dubiũ/quin integra sit lectio loci eius/huius ambigua.nã & libro.xv.in literis/quas ad Catonem Romã scribit/legato/inquit/imperaui/vt eas quinq cohortes ad reliquũ exercitum duceret / coactoq in unũ locũ exercitu/castra in Lycaonia apud

Iconiū faceret.quod quū ab eo diligenter esset factum/ego in castra ad.vij.cal.septembres veni.quū interea supioribus diebus ex senatuscōsulto & Euocatorum firmā manū & equitatum satis idoneū & populorum liberorum regumq; & sociorum auxilia voluntaria cōparauissem.interim/quū exercitu lustrato/iter in Ciliciā facere cœpissem cal.septēb.legati á rege Cōmageno.&c.& ante ad Catonē.quū ad me legati missi ab Antiocho Cōmageno venissent in castra ad Iconiū ad.iij.nonas septēb.&c.quo loco non semel ostendit se in prouinciā venisse pridie cal.sextiles.nisi vero dicas/latiorem decretā Ciceroni quā Appio prouinciā/aut certe hic in dierum numero peccatū.quæ est vel creberrima apud plærosq; autores veteres menda.

Ex Epi.vij.

Legati Appiani mihi volumē á te plenū querelæ iniquissimæ reddiderunt) vide/ne/Apamęani/vel/Apamęi/potius.nā secunda ab hac Epl'a ait/alteras de ædificatiōe Apamęorum impedita legi perinuitus.nō ignoro/Apamęam fuisse his locis vrbē celeberrimā/sed & Appianos legimus in eadē prouincia diuersas.qua de re Plinij verba apposui.alter cōuentus/inquit/á Synnada accipit nomē.cōueniunt Lycaones/Appiani/Cercopeni/Dorylei/Midei/Iuliēses/& reliqui ignobiles populi.xv.tertius Apamæā vadit/ante appellatam Celenas / dein Cibothon.certe vtrobiq; itidē legendū/ne sibi ipse repugnet.nā interpres/quū Appiani legat/ab Apamæa tamē imperitissime accipit. Itē Etsi/Athenodorus

Sandonis filius qd de his rebus dicat / attenderis)
&si/abũdat/nisi malis/vt/qđ ante est/expũgere.

Ex Epi.viij.

¶Vt de tuo edicto totidẽ verbis transferrẽ in meũ diligentissime scriptũ.caput est/quod ptinet ad minuendos sumptus ciuitatũ) puto melius distingui. transferrem in meũ.diligentissime scriptũ caput est/ & reliqua.quãuis ne interpres quidẽ a nobis sit.
Itẽ ¶In quo te offenderẽ/tralatitiũ est) labitur interpres in re iã/vt spero/nulli nõ cognita.est enim/ arbitror/ex eruditiorib⁹ iam nemo/ qui nesciat/tralatitiũ edictum dici proprie/quod ex pcessoris i successoris edictum transferretur/ nõ nouũ/neq ab eo tum primũ excogitatum.vt hodie quoq in plætisq; fieri videmus.inde tralatitiũ/quidqd vsitatũ cõsuetumq; est. Item ¶Neq.n.erã tã desipiens/vt priuatæ rei causa legari putarẽ)&c.hæc si ex psona Appij cõtra Ciceronẽ dicta accipias/planus est locus/quasi diceret Appius/ quũ sumptus ciuitatũ edicto minuisses/quis non videt hos quoq legationum istaʀ cõprehensos/quod.s.nõ ignorabas Cicero/publicæ impensæ esse.nã interpres quidẽ/vt solet/nihil videt. Itẽ ¶Neq ad præfectũ fabrũ corcyræ) intelligit L.Clodiũ præfectũ fabrũ Appij/nõ Leptã suum/vt interpres ariolatur.discas id supra ex penẽ proximis Epl'is duabus. Itẽ ¶Me esse acerbũ sibi/vt sim dulcis mihi) nihil muto/ne stultitiã Clerici sequat/qui ex his verbis sensum nescijt exprimere/vel expressum potius colligere.est enim.non

debent mirari/me esse acerbũ/nõ/vt ille putat/mouear nõ esse acerbum.erat autem acerbus alijs/quũ nihil ex prouincialium bonis præsertim publicis ad quorũdã libidinẽ abuti fineret/dulcis sibi/in acquirenda gloria/officioq; sapientissimi atq; optimi procõsulis præstando.

Ex Epi.ix.

¶ Longi subsellij/vt noster Pompeius appellat/iudicatio & mora) q̃tũ intelligo/aniliter deliratinterpres/nec se tñ explicat. quã fuit mea snia prudentius/aut silere/aut ĩgenue fateri/ quod nescias.ego ad illam prouinciæ Cæsaris difficilem diuturnãq; ac tandẽ Reip.perniciosam quæstionẽ puto pertinere. Cœlius in literis/quas pauloante hoc tẽpus ad Ciceronẽ dedit.Marcellus/inquit de consule/idẽ illud de prouincijs vrget/neq; adhuc frequentẽ senatum efficere potuit.alijsq; item literis. Subsellia dicũtur/ vbicũq; á pluribus sedetur.Varro de re rustica libro primo in æde sacra.ad subsellia/inquit/sequentibus nobis procedit.& libro tertio.ibi Appium Claudiũ augurẽ sedentẽ inuenimus in subsellijs.quũ de villa publica loqueretur.hic senator intelligit/á iudicio metaphora.nemo est/puto/ qui nesciat/quantos ea deliberatio de successore Cæsari mittẽdo tumultus excitarit/quãq; diu versata sit in Rep. Itẽ ¶ In quo cũ difficultas nauigandi fuit odiosa/tũ in ipsum discessum senatus incidisse credo meas literas) de discessu senatus nõ miror angi atq; errare interpretem/q in multo planioribus sæpe labatur.hoc vero ne mihi quidem parum attulit laboris & molestiæ.

tandem huc descendi/ vt putem/ a Cicerone signi-
ficari comitiales dies totuq; id tempus/ quo senatum
haberi nō licebat. id erat ab Idib⁹ circiter Ianuarijs
per totum vsq; Februarium. Ipse ad Lentulm. sena-
tus haberi/ inquit/ ante Kal. Febr. per legem Pupiā
(id quod scis) nō pōt/ neq; mense Februario toto/
nisi perfectis aut reiectis legationibus. itēq; alibi ad
Q. fratrem. ne rusticationem illam interpretis acci-
piam/ facit/ & quod ineptum id videtur/ & quod nō
in Augustum mensem/ sed in Ianuarium inciderunt
hæ Ciceronis literæ. nā in his Epistolis/ quas ad Ca-
tonem libro. xv. legimus de rebus suis gestis in Cili-
cia/ apparet/ circiter. xv. cal. Ianuarias datas ad sena-
tum de his rebus literas/ quas nunc significat. vt ferē
nō nisi ad comitiales dies puenire Romā quiuerint.
quod & Cœlij literæ ad Ciceronē indicant. nō diu/
inquit/ sed acriter nos tuæ supplicationes torserunt.
incideramus enim in difficilem nodum. nam Curio
tui cupidissimus/ cui omnibus rationibus comitiales
eripiebantur/ negabat se vllo modo pati posse/ de-
cerni supplicationes. Quod vero addit Crescenti-
nas/ cōsilio Appij in ipsum discessum senatus a Cice
rone literas suas potissimū collatas/ per ridiculū est.
ego nō dubito cōsilium id Appij fuisse/ vt nō statim
appellatus imaptor daret ad senatū līas/ supplica-
tionesq; pro re bñ gesta sibi decerni postularet Ci-
cero/ sed egregio insup aliquopiā edito facinore. de
comitialib⁹ alibi.

Ex Epi. x.

¶ Cætera mihi facillima videbantur) præter. s. id/

quod subijcit de erepto triūpho. quod iste Clericus nō percipit. acceperat autem Cicero ex Cœlij literis Appiū triūphi spem abiecisse. simul atq/ inquit/ Dolobella accessit ad tribunal/ Appius introierat in vrbem/ triumphiq; postulationem abiecerat. has. n. literas eas putamus esse/ quas se supra ad Cœliū Cicero dicit ex eius literis ad Appiū dedisse. Itē ℭ Pro tua dignitate (malo enim dicere quā pro salute)) quod arbitror de dignitate potius agi/ q̄ de salute. neq; eni vereor/ ne de salute pericliteris/ sed hanc tibi cōtentionē non nisi ad dignitatē quandā/ si viceris/ arbitror propositā. vt & mox. dubitare nō possum/ quin tibi amplitudini ista sollicitudo futura sit. itē. atq; hæc agimus & agemus magis pro dignitate q̄ pro periculo tuo. te enim/ vt spero/ propediē censorē audiemus. & ad Lentulum. illustrabit/ mihi crede/ tuam amplitudinem hominum iniuria. in quo garrit Vbertinus. Itē ℭ Pontinius/ qui a te tractatus est præstanti ac singulari fide) nō in prouincia/ vbi si cū Appio fuisset/ nō dixisset supra Cicero/ Ego C. Pontinium legatum meū Brūdusij expectabam. sed aliud quoppiam in eum Appij officium innuit/ quod & Cicero sciret collatū/ testisq; eius eēt. nam & id significat Romæ magis præstitū. Itē ℭ Tantam temeritatem fuisse in eo adolescente) Dolobellam dubio pcul notat. Vbertinus vero nō modo excogitare ex se nihil potest/ sed ne ex propositis quidem verū eligere. Qui Cœlianā Epistolam libri octaui/ cuius initium/ nō dubito. legerit eamq;/ qua ad Cœlianam Cicero rescribit/ libro superiori/ quæ incipit/ taras tuas/ & quæ/ nō potuit. in nostram

sententiam manibus pedibusq; decurret. deniq; ne sibi quidē satis constat Clericus/ qui in eaꝝ alteram recte pené sensit de toto isto negocio accusati Appij. Item ℂ Quā nouā cōciliassem) propter.s. nuptias Tulliolæ cū Dolobella/quas Appius suspicatus erat futuras/vt factæ postea sunt.tametsi Cœlius in illa Epistola vehemēter laborat monetq; Ciceronē/ ne id emanare sinat. Itē ℂ Quæ tamē cū ego omnia in expetenda amicitia tua) non ego omnia/legēdū.id facilius/&/vt puto/operarij culpa deprauatū.vt & supra/in studijs/pro/ijs.habent recte cætera exēplaria. Item ℂ Nequa me illius temporis inuidia attingeret) non tam/quia Milonē defenderet/ q̄ quod eius cōsilio ac mandato cæsum Clodium suspicio fuit/vt ipse innuit sibi obiectum/in Miloniana/secunda Philippica/& Plutarcus in eius vita. Item ℂ Nunc ea/quæ á me pfecta quæq; instituta sunt/cognosce) intelligimus multa vel ab Epistola ista abesse/ quæ pro Appio fecisset parasseretq; Cicero/vel cōmentarium forte rerum earum adnexū lr̄is.aut nuntiū cū mandatis missum.

Ex Epi.xj.

ℂ Quia mihi ipse assentior fortasse) assentor/pbo/quod & interpres. Item ℂ Verūtamen est maiestas/vt Sylla voluit/ne in quēuis impune declamari liceret) diutius torsit me loci huius perplexa obscuritas/quū interpretis ineptias nō probarē.postremo venit in mentē/ legi oportere vel/ne nō in quēuis &c. vel/vt in quēuis. quod & subiecta ostendūt.

tanta est enim principibus/qualem se gessit in occupata Repu. Sylla/cura sollicitudoq; imperij/vt vnicuiq; licere velint/impune maiestatis quéuis reũ facere/quo magis ad eã rẽ oẽs incitentur. at ambitus cæterorũq; iudicioꝝ nemo citra improbitatis crimẽ calumniator appareat. quasi enim bono animo esse Appium hoc ipso iubet/quod/si maiestatis absolutus est/in quo gratis & sine periculo inimici eius aduersati sunt/in iudicio tamẽ ambitus speret/nõ tam acriter impugnaturos/quin destituros potius/quũ scirent/nec illũ vnq̃ ambisse/& se improbitatis infamiã subituros/absoluto Appio. Maiestatis hodieq; tãta est suspicio/vt apud plæroſq; populos torquere hominẽ eius rei anquirendæ gratia vel sine indicijs/arbitrio prætoꝝ fit. Declamare vero dixit/nõ intra domesticos parietes aut in schola ficte accusare/vt videtur sentire Clericus/sed proprie accusare. vsus tamẽ eo verbo ea ratione/quod/quum palám esset/Appium maiestatem nunq̃ læsisse/fictionem habere ea accusatio videbatur. Lege alioqui Iulia Maiestatis (nã Corneliam nunc in libris ciuilis iuris nõ habemus) cauetur/vt famosi/qui alias accusare prohibentur/ad hanc accusationẽ admittantur/serui dominos/liberti patronos impune hui⁹ tantũ criminis postulent/mulieres etiã audiãtur/post mortẽ quoq; rei ea quæstio agitetur/hæreditas nocẽtis fisco vendicetur. autores Papinianus/Modestinus/Vlpian⁹. Monetarij accusator ex cõstitutione Cõstantini de calũnia nõ tenetur/nec is/qui rei sacræ alienatæ reũ fecerit. Illud addim⁹/quũ eadẽ lege Iulia teneatur/qui ex pũcia/post successoris aduẽtũ nõ discesserit/

Corneliam illã.xxx.dieꝝ maieſtatis fuiſſe videri. Itẽ ℂ Aut defendat) .ſ.improbe. nãq; aut reus aut accuſator/vter eoꝝ ſuccubuerit/notat ut improbus/ qđ eã rẽ apte fieri cõuenit/nõ/vt maieſtatis crimen plærũq;/occultiſſime.quod ne ipm qdẽ aſſequit interpres.

Ex Epi.xij.&.xiij.

ℂ Nullam/ne in tabellæ quidem latebra/fuiſſe abſconditam maleuolentiã / quæ te impugnare auderet) delirat Cleric⁹.nihil enim minus dicit Cicero/ quã quod ille retur.ſenſus eſt.quum plꝛriq; inuidere optimis uiris ſoleant/eo magis miror/te oĩbus ſuffragijs abſolutum/neq; quẽq; extitiſſe / qui ſuũ erga te odium vel in tabella iudiciaria/in qua occulte poterat impugnare dignitatem tuã ac ſalutem/auſus ſit offendere.ſolent enim/qui oderunt/neq; tñ apertas gerere inimicitias audent/in ſuffragijs plꝛrũq; abditioribuſq; iudicijs inimicis obeſſe.de tabellis iudiciarijs multis locis Cicero alijq;/in qbus aut cõdemnarent/aut abſoluerent/aut ãpliarẽt. Itẽ ℂ Quã opportunitas tẽporis) propter bella ciuilia.ſ.imminentia potius/q̃ propter ſuam abſentiam dicit. Item ℂ Neq; enim triſtius quicq̃ dicere eandẽ rẽ) ea de te/vt in alijs/melius. At/quod eſt in ſequentibus literis/in quo gratias agit Appio/ptinet ad ſupplicationes Ciceroni decretas / in quo Appius non mediocriter laboraſſet/vt & ante pro Appianis ſupplicationibus Cicero.de quo ne ſomniant quidẽ interpretes.id ex Cœlianis colligas literis/ hui⁹ initij/ nõ diu/ſed acriter.

EX LIBRO QVARTO EPISTOLARVM FAMILIARIVM.

Ex Epistola.i.&.ij.

q Vum ad vrbem accessissem) primum.s.ex Cilicia/nō ex prędijs/vt interpres. Itē ℭ Qui á me/vt te imitarer/petebat) inuitarē in alijs est quibusdā codicibus. idq magis probamus. quid enim profuisset Cæsari/ Ciceronē imitaturū Seruiū/dicturūq de Hispanijs cōtra Cæsaris rationē/venire in senatum/itaq/quū petisset Cęsar á Cicerone/vt veniret in verbem/vt nō modo ipse in senatū veniret/ sed inuitaret etiā Seruiū/ noluit/ si nō obsequi/ne dehortari quidem. Item ex.ij. ℭ Nihil enim construi potest) constitui/cætera habent exemplaria omnia recte.

Ex Epi.iiij.

ℭ Accusata acerbitate Marcelli) qua vsus esset cōtra Cæsarem in cōsulatu.latronem enim eum appellabat/Pompeium cōtra Cęsarem imperatorem nominauit/delectū habere iussit/ Nouocomensem virgis cædi/vt is sciret frustra eam coloniā ciuitate Ro. á Cæsare donatā/de prouincijs.i.de successore Cęsari mittendo nūq quieuit.autores Cœlius/Liuius/ Plutarcus/Appianus/cęteri.nō enim ad illam pertinaciā ptinet/vt ait Clericus/qua patria carebat.

Item ¶ Is enim/ si eo loco esset/negauit se facturũ fuisse) quid/ si/ eo loco/quo erat M. Marcellus.i.ea cõditione accipias.vel/eo loco.i.si Marcellus/vt ad huc fecẽrat eo loco/ubi erat/Romã migrare nollet. vt Epistolis ad eum infra patet.nam interpretis sen sus subineptus. Itẽ ¶ Postq̃ armis disceptari cœptũ est/ de iure publico nihil esse actum aliud cũ dignitate) distinctio hæc satis refellit Clerici sensũ. est aũt/de iure publico/ quia disputatũ forte eo die in senatu est/recte ne mitteretur in Gallias Cæsari successor/nũ recte spreta tribunitia intercessio/cæteraq; id genus.ex partitione iuriscõsultorũ ius aliud publicum/aliud priuatum. publicum/quod ad statũ Reip.Ro.spectat. Item ¶ Fecerat autem hoc senatus/vt/quũ a L.Pisone) nõ cõsilium antecaptũ iter senatores/sed factum ipsum significat/neq;/vt/ causæ est sed facti coniunctio. Item ¶ Tamen hoc studium quotidie ingrauescit) .s. philosophiæ/ non/vt Clericus/ eloquentiæ.

Ex Epi.v.

¶ Saneq̃ pro eo/ac debui/grauiter molesteq; tuli) pro eo/ac debui/nihil est aliud/quã/sicut debui. saneq̃/multũ.vt & Cœlio libro octauo pluribus locis. Brutoq;/ qdqd Vbertinus nuget. Itẽ ¶ Quod tantope te cõmoueat tuus dolor intestinus) domesticus/nõ/vt interpretes.sic enim dictũ est/quomodo bellũ intestinũ.i.qđ domi & in ciuitate nr̃a fit. Item ¶ Vt cũ aliquo adolescente primario cõiuncta ætatem ageret,licitum est tibi/credo/pro tua di-

gnitate ex hac iuuentute generũ deligere) qui hæc citra ironiam dici putat/nihil intelligit.

Ex Epi.vij.&.viij.

¶ Cuiusmodi res esset) qd sĩ cuius cuiusmodi/vel cuiuscũq modi res esset.nam alioqui nullus sensus. Itẽ ex.viij. ¶ Illud tamen multũ me monuisse/vel censuisse puta/vel propter beneuolentiã tacere nõ potuisse) vide num malis/illud tamẽ vnum me non monuisse/sed vel censuisse puta/&c̃.qa dixit initio/ neq monere te audeo præstanti prudentia virũ.

Ex Epi.ix.

¶ Non est porro tuũ/vno sensu solum oculorũ moueri/quũ illud idem auribus percipias/quod etiã maius uideri solet/minus laborare) puto legẽdũ/quũq illud idem.&c̃.interpretum enim suppletionem nõ sequimur. Item ¶ Et extrema sapiẽter persequi nolueris) vt Cato/vt Pompeij/vt alij/ qui cæso Pompeio bellum renouarũt.ad præterita enim/nõ/ vt interpreti placet/futura spectat/nihilq minus cogitabat Marcellus/q̃ bellũ hoc tempore Cæsari inferre. Itẽ s̃ ¶ Qui in bello / quũ omniũ nostrũ cõiunctum esset periculũ suo/certorũ hominũ minime prudentiũ cõsilio vteretur) Plutarcus locuples horũ temporũ historiæ solus relictus autor/in Pompeio/incusat/ĩquit/& ipm Cicero/quod Themistoclis militiam magis imitatus esset/q̃ Periclis/quũ res ipsę huius magis q̃ illius gestæ similitudinẽ agerent.

de fuga.s.Pompeij á Brūdusio agēs.& in Cicerone. cōsilium Pompeij de relinquēda vrbe vehemētissime improbauit.& mox. sed/quū/inqt de castris Pōpeij/deteriora opinione cuncta offendisset/neq̧ cōsiliū belli ita gerēdi/neq̧ copias Gn. Pompeij/neq̧ genus exercitus cōprobaret/pacem primo/deinde/ quod Pompeius ab ea sententia valde abhorrebat/ vt bellum traheret / suadere instituit.in qbus quū nō multū sibi obtēperaretur/& prçterea rapacitas atq̧ crudelitas multoꝝ/quos emendare nō licebat/eum offenderet/ quasi pœnitētia adductus/ quod eo accessisset/omnia contēnere/& sese/quantū poterat/ á rebus gerendis alienare cœpit. Item ¶Qui nec te cōsule tuū sapiētissimū cōsiliū sequutus eēt) Id forte respicit/quod est apud Liuij Epitomen.prçterea/inquit/cōtentiones cōtinet īter Coss. de successore C.Cæsari mittendo/agēte in senatu M.Marcello cōsule/vt Cæsar ad petitionem cōsulatus veniret/quū is/lege lata/in id tempus cōsulatus ꝓuincias obtinere deberet.Plutarcus in Pompeio.amici Cçsaris dignū existimauere/& de Cæsare rationem habendā esse/qui pro Ro.imperio tot bella tractabat.aut enim dignū eū dicebāt secundo potiri consulatu/aut militiæ tempus sibi prorogandū / ne dux alius/ei succedens/gloriā laboꝝ ipsi auferret. circa id quū altercatio orta esset/Pompeius/veluti ex beneuolentia pro Cæsare inuidiam esset excusaturus/ se literas habere á Cæsare inquit/qbus optabat successorem/& se ab expeditione liberari.ius tamē petendi cōsulatū dari sibi licet absenti æquū esse censere.his quū obsisteret Cato Catonisq̧ factio/iube

P

rentq; Cæsarem dimisso exercitu priuatũ venturũ/ quod cõmode obtinere posset/Pompeius nulla cõ- tentione facta/sed veluti victus suspicionẽ de se ma iorẽ præbuit/quod ægre in Cæsarẽ sentiret. Appia- nus/sic cõtumeliose in eum/inquit de Cæsare & M. Marcello / inuectus Marcellus/monet successorem ante tẽpus in prouinciã illi subrogari. quæ oĩa Pom- peius orationis placabilitate & beneuolentiæ simu- latione cõposuit/nõ æquũ esse inquiens virũ splen- didum & in multis patriæ suæ utilem cõtumelijs ap- petere ob tã modicũ temporis adempti spatiũ. de- inde perspicuũ omnibus fecit/Cæsarẽ dignitatẽ sta- tim cũ tempore deponere oportere. sed & Cœlius ad Ciceronẽ. illa pterea Gn. Pompeij sunt animad- uersa/ quæ maxime cõfidentiã attulerũt hominibus vt diceret/se ante cal. Martias nõ posse sine iniuria de prouincijs Cæsaris statuere. post cal. Martias se nõ dubitaturũ. quũ interrogaretur/si qui tum inter- cederent? dixit hoc nihil interesse/vtrũ Cæsar sena- tus dicto audiẽs futurus nõ esset/an pararet/qui se- natũ decernere non pateretur. quid/si/inquit alius/ & cõsul esse/& exercitum habere volet? at ille q̃ cle- menter. qd/si filius meus fustem mihi impingere vo let? his vocibus/vt existimarent homines Pompeio cũ Cæsare esse negociũ/effecit. itaq; iam/vt video/ alterutrã ad cõditionem descendere vult Cæsar/vt aut maneat/neq; hoc anno sui ratio habeatur/aut/ si designari poterit/decedat. Curio se cõtra eũ totũ parat. & reliqua. Itẽ post. Pompeius/tanq̃ Cæsarem nõ impugnet/sed/quod illi æquũ putet/constituat/ ait Curionẽ quærere discordias. valde aũt nõ vult/.

& planè timet Cæsarē cōsulem designari prius/quā ex ercitū & prouinciā tradiderit.quæ icirco adscri psi/vt ostenderē/hoc ipsum esse/in quo noluerit M. Marcelli consilium sequi Pompeius.f.vt Cæsari etiā decedenti ex prouincia secundi cōsulatus petitio da retur.alioqui locus ille Ciceronis ab interprete illa tus nō satis rem explanat. Item ¶ Nec/fratre tuo cōsulatū ex autoritate tua gerente/nobis auto ribus/vti voluerit) ad illa respicere arbitror/quę ita Plutarcus in Cæsare scribit gesta cōsulibus C. Mar cello M. Marcelli fratre/ & L. Paulo Lentulo. dela tis/inquit/á Cæsare literis/quibus modesta satis de precabatur/petebat enim/vt/omissis Cæteris/ Ci salpina tm̄ Gallia Illyricūq; sibi cū duabus legioni bus vsq; ad secūdi petitionē cōsulatus cōcederetur. Cicero q̄dē orator/nup ex Cilicia reuersus/vtriusq; amicos cōcilians / Pompeiū mitigare nō desistebat. qui/quū cætera cōcederet/exercitus illi denegábat. Cicero quoq; Cæsaris amicos induxerat/vt p̄dictis contenti p̄uincijs & sex tantūmodo millibus militū/ in pacē amicitiáq; cōciliarent.inclinante Pompeio/ qui cū cōsule Lentulo conspirabant/nequaq̄ siuere. Antoniūq; & Curionē e Curia propulsantes summa cū ignominia ex vrbe eiecerunt.& paulofra. Pom peium alioqui attonitū alij alijs sermonibus pertur babant.eum nāq; pœnas dare/qui cōtra se ac R ēp. Cæsaris vires auxisset.alij acrius increpabāt/quod/ quū Cæsar ex sua voluntate cæderet / & modestas pácis cōditiones afferret/Lentulū per insolentiá re stitisse permisisset.& in Pompeio. Ciceroq; nuper é Cilicia profectus conciliationem amboꝝ agitabat/

vt Cæſar/Gallia decedés/reliquo dimiſſo exercitu/ cũ duabus legionibus apud Illyricos alterũ expecta ret cõſulatũ.quibus dedignante Pompeio/perſuaſi ſunt beniuoli Cæſaris alterã legionem etiã dimitti. ſed aduerſante Lentulo:iterũq; acclamãte Catone/ falli eos/Pompeiũ decipi/concordię finis nemo da tus.eandẽ rem/quãuis nõ ſatis cõſentanee nec fide liter/vt ſolet/Appianus ſcribit.Additũ vero eſt/ex autoritate tua/nobis autoribus/q̃a/quũ in omnibus antea aduerſatus eſſet Cęſari C.Marcellus/M.uero in plęriſq;/autoritate demũ Ciceronis ex prouincia reuerſi permotus Marcus C.quoq; fratrem ab illa atroci in Cæſarem ad mitiorẽ ſententiã deduxit. Item ℂ Quod honeſto ocio tenueris & ſtatũ & fa mam dignitatis tuæ) Cicero in Bruto de Marcello. maximeq; laudãdus/inquit/qui hoc tempore ipſo/ quũ liceat/in hoc cõmuni nr̃o & quaſi fatali malo/ cõſolatur ſe cũ cõſcientia optimæ mentis tum etiam vſurpatione & renouatione doctrinæ. vidi.n.Mity lenis nuper virũ/atq;/vt dixi/vidi planẽ virũ.itaq;/ quũ eũ antea tui ſimilẽ in dicendo viderim/tũ vero nũc á doctiſſimo viro tibiq;/vt intellexi/amiciſſimo Cratippo inſtructum omni copia multo videbã ſi liorem.Quæ ideo ſubieci/quod & ad ſenſu pertine bãt/in quo fallebatur aut certe titubabat interpres/ & quod mirũ videri poſſet his/qui Marcellorũ in Cę ſarem odiũ quoddã ferẽ perpetuũ legiſſent.

Ex Epi.xj.

ℂ Supra Maias Italiam verſus nauigaturus erat)

interpretes/suprema æstate/legunt.q d/si, supremo Maio. Item ¶ Circiter horam decimã noctis Posthumius familiaris eius ad me venit) quũ subijciat / & euestigio eó sum profectus prima luce.quũ nõ longe á Pyreo abessem/puer Acidini obuiã mihi venit cũ codicillis/in quibus erat scriptũ/pauloante lucẽ Marcellum diem suũ obijsse.non videntur congruere tẽpora.scimus enim/Maio mense ad finẽ nõ ante decimã modo sed octauam quoq; horã noctis illucescere.deniq; interpretes quoq; noctis verbum nõ videntur habere. Quod & nos expungendũ ea ratione putamus.erat hora decima/quã nos vigesimã secundã hodie numeramus/coniunctis diei noctisq; horis. Itẽ ¶ Reliquos aiebãt profugisse/ metu perterritos/ quod dñs eorũ ante tabernaculũ interfectus esset) non erat ille metus/quẽ putat interpres/ne.s.ipsi quoq; interficerentur/quũ iã se cæsor ille peremisset.sed/quia suspicio esse poterat/ne ã seruis aut cæsus aut derelictus videretur dñs.nã & quæstio de seruis acerbissima in dñi nece/& supplicium í eos/qui nõ accurrissent/defendissentq; dñm/ cõstitutum erat iure ciuili.de quibus etiãnum apud Iustinianũ titulo/qui est/ad Syllanianũ senatusconsultum/non pauca legere est.

Ex Epi.xij.

¶ In quo debebat esse aut pmissio auxilij alicuius) in quo.s.me/non/vt interpres. Item ¶ Sed ea plus/non potest/q̃ uis & mutatio omniũ rerum atq; tẽporũ/nõ sequor interpretis sensum,sed hoc dicit.

quãuis humanum in me se Cæsar præbeat / tamen necessario & quadam belli ciuilis consuetudine efficitur / vt mea causa nolit quibusdã ignoscere. deniq; illa est sententia / q̃ sępe expressit / ad Marcellũ supra his verbis. omnia sunt misera in bellis ciuilibus / quæ maiores nostri ne semel quidẽ / nostra ætas sæpe iam sensit. sed miserius nihil / q̃ ipsa victoria / quæ etiam si ad meliores uenit / tamen eos ipsos ferociores impotentioresq; reddit / vt / etiam si natura tales non sint / necessitate esse cogantur. multa. n. victori eorũ arbitrio / per quos vicit / etiam inuito facienda sunt. Item ℭ Sed possit / necesse est) aliquid. s. neq; enim temere de Cæsaris cæde ne suspitionem quidem istam literis commisisset. neq; vero tam cito scire / quæ constituta essent / si tamen adhuc erant / potuit. itaq; ad laudem potius pertinet Cæsaris / q̃ secus. nã & ab eo senatus de Marcello impetrauit. qđ tamen post hæc arbitror factum. Item ℭ In ijs autem / in quibus etiam nos sumus / fortasse semper fore) probo hanc potius / q̃ interpretum scripturam sensumq;.

Ex Epi. xiij. & xiiij.

ℭ Quanto periculo de iure publico disceptaretur armis) quid significaret Ciceroni his locis ius publicũ / supra ostendimus cõtra interpretis opinionẽ. Itẽ ex. xiiij. ℭ Aut propriam fortunã / aut præcipuã postulare / aut communem recusare) aut secundum abundat.

EX LIBRO QVINTO EPISTOLARVM FAMILIARIVM.

Ex Epistola Prima.

Ec absentem ludibrio læsum iri) alij ¶ Me n abséntem ludibrio læsum iri) ego vtrunq; seruo nec me absentē &c̄. Itē ¶ Etiā mobili in me meosq; esse animo nō sperabā) te tā/ pro/etiā/iamppridē putaui reponendū/vt sit/te tam mobili &c̄. Quare aīt procōsulem q̄ propraætorem Metellū inscribere maluerit Manutius/alij viderint ego certe/consulem fuisse eum nō arbitror adhuc/ certe hoc tempore propraætor/quod in sequentibus ostendit literis.

Ex Epi.ij.

¶ Qua iniuria nemo vnq̄ in annuo magistratu improbissimus ciuis affectus est) aliquo magistratu/qđ in alijs est exemplaribus / facile probo. qd enim est/ annuo magistratu? Item ¶ Siqua ego in re fratri tuo Reip.causa restiterim) illud idem notat/qđ & paulopost/quū ait/pro mea parte adiuui/ut senatuscōsulto meus inimicus/qa tuus frater erat/subleuaretur. nō autē illam Ciceronis in improbos ciues animaduersionem/ q̄ sequenti clausula cōplectitur. hoc vero qd sit/nōdū satis cōpertū hēo.sed accusatū facile reor Metellū/aut nota q̄piā affectū. De iure iurādo hoc suo ī Pisonē meminit/sed & Plutarcus.

¶ De meis rebus/ne vobis multitudine literarum molestus essem/ ad Leliũ perscripsi. de rationibus prouinciæ/quid uellem fieri/vt is vos doceret & cõmonefaceret)melius.de rationibus etiã prouinciæ.&c. Quũ vero initio hominẽ importunissimũ nominat/ tametsi video de fratre Metello non inepte accipi/ vt cõciones literas verbosiores itelligas/quomodo placuit interpreti/tamẽ nõ incõmodius aliũ quẽpiã interpretabimur/ q Metello isti malediceret Romæ in cõcionibus/contra defendente Cicerone.vt per similitudinẽ leuitatis ab hoc inimico suo ad fratrem orationẽ cõuerterit.nam/quod ad superiorem illum de longo subsellio locũ attinet/quasi parũ ineptisse pigeret/absurdius mulro/quã fecerat / interpretari voluit.

Ex Epi.iiij.

¶ Tu/tuas inimicitias vt Reip.donares/te vicisti/ alienas vt cõtra Rẽp. cõfirmes/adduceris?) nõ frustra reor apponi verba Ciceronis ipsius in oratione in Pisonem ad hanc rem peritnentia.legem/inquit/ comitijs centuriatis tulit P.Lentulus cõsul de collegæ Q. Metelli sententia/quẽ mecũ eadem Resp./ quæ in tribunatu eius disiũxerat/in cõsulatu virtute optimi ac iustissimi viri sapientiaq; cõiunxit. itaq; & procõsuli perperam á Manutio inscriptũ/vt qui cõsul esset hoc tpe.inimicitias vero alienas nõ tam fratris Metelli intelligit/ q̃ Clodij/cuius sororẽ in matrimoniũ duxerat.autor Plutarcus/& Cicero supra.

egi cũ Claudia vxore tua. Sané Balearicũ Metellũ istum/ad quẽ scribit Cicero / magno errore habitũ ab interprete existimo/quũ de rebus eius cõsulis ad Baleares gestis meminerit is/qui ex Liuio Epitomen fecit/vel libro.lx.at huius Lentuliq consulatus.ciiij. non Hercle magis/q̃ C.Antonius/ad quẽ sunt inse quentes literæ/is/qui in Cęsarianis partibus ad Illyrios profligatus sit.qa frater ille M. Antonij triũuiri fuit/de quo nõ semel in Philippicis Cicero/at hic patruus/Ciceronis in cõsulatu collega.

Ex Epi.v.

¶Quũ T.Pompeius homo) Pomponius/legendũ & alij codices & subiecta indicant. Item ¶Sed reliqua (mihi crede) multo maius meũ studiũ maioréq grauitatem'& laborem desiderant) sequẽtis Epistolæ verba cõsentiunt.Antoniũ/& si eius in me officia omnes desiderant/tamẽ in senatu grauissime ac diligentissime defendi/ senatũq vehemẽter oratione mea atq autoritate cõmoui.idq forte significat/quod est apud eũ/ qui ex Liuio Epitomen fecit. C. Antonius/inquit/procõsul in Thracia parũ prospere rem gessit.vt de puniendo forte eo vel reuocando ex prouincia actum sit in senatu.

Ex Epi.vj.

¶Nec putant ei numos deesse posse/qui ex obsidione fœneratores exemerit.homini semissib' magna copia ẽ) Hermolaus Barbarus in Plinianarum

castigationū editiōe posteriore libro.xiiij.capite.iiij. legit/omnino/vel/omni.q.d.nō deesse/qui sibi cæte risq; omnibus vel sub vsuris semissibus credant.ego/ qui locū ante Asterisco notassem/ista Hermolai an notatione valde nō sum cōmotus/neq; mihi dum in loci sensu satisfacio.Sané &/adeptus verbum idem Hermolaus expungit in subiecto colo.aliūq; inde/q̄ interpretis/sensum inuehit/quē & nos dubio procul amplectimur/etiā si id verbū retineatur.& per iocū itelligi tradit.lectioni quidē eius manuscripti quoq; codicis fides astipulatur. Cæterū/ nō ad Lentulum/ vt idē retur/est Epistola hæc/ sed/nisi fallor/ad Sestium/quē defendit in iudicio. id cōfirmat Corneliæ nomen.illum enim secūdis nuptijs Cornelij Scipionis filiam in matrimoniū duxisse testatur in oratione pro eo.si enim scriberetur ad Lentulum/in primum operis librum cū cæteris collata esset.in quo etiā interpres minus iā turpiter /quādo cū tanto viro/errauit.nec tamen/vt est ab Aldo factum/P.Sestio L.F. procōsuli/sed quæstori inscribi oportuit/puto.eū.n. in eadem oratione & quæstorē Antonij collegæ sui testatur fuisse in Italia & in Macedonia quoq;.quo ad eum nunc scriptū arbitror.nā & alioqui de Antonio in fine meminit literarū.vt iā sit recte collocata apud proximā hæc Epistola. Itē.¶Sed facile obtinebatur) ne tibi succederetur hoc tpe/cōtra q̄ interpres.

Ex Epi.vij.

¶Tuos veteres hosteis/nouos amicos.vehemēter literis per culsos) ne Lucullum Crassumq; intelligā/

mouet/& quod Lucullum nō ita multo ante inimicū sibi cōparauit/sed illa ipsa causa/quod ei successisset in prouincia/quasiq; gloriam laboꝝ præripuisset. vt scribit in vtriusq; vita Plutarcus. Crassum vero nō ante sibi cōciliauit / q̄ Romam reuersus á bello Mithridatico / idq; Cæsaris opera. idē/Appianusq; autores. vt potius veteres amici/noui hostes appellandi fuerit/ nā & alioq; Crassus quoq; vt Pōpei⁹/Syllanus. deniq; in primo consulatu collegā simultates veteres deposuerant. quæ tn̄ postea reuixerint/vsq; ad eā Cæsaris recōciliationē. teste in vitis eoꝝ Plutarco. nec est tamē alter/ quē inui suspicer/nisi Cæsarē forte. nam & alioqui cū Crasso simultate potius atq; æmulatione q̄ odio inimicitijsq; certauit. vt ait Plutarcus.

Ex Epi. viij.

Neq; tuā summā beneuolentiā ac liberalitatem defuisse) erat Crassus in amicos liberalis adeo / vt omnibus semp eius domus pateret. pecunias insup sine vllo fœnore mutuo traderet &/quū se militari gloria inferiorē animaduerteret Pompeio/ciuilibus studijs q̄maximā posset/autoritatem & potentiam cōparare nitebatur. Itaq; potentibus omnibus p̄sto aderat/officijs/ patrocinijs pecuniaꝝ etiā mutuis dationibus. Existimo aūt in supplicationibus ei decernendis laborasse Ciceronē/. idē certe Plutarcus est autor / initio multas Mesopotamiæ ciuitates se ei spōte dedentes á Craso in fidem ditionemq; receptas/Xenodotiā etiā ui captam/quā ob rem quū se imperatorē appellatum iri putasset á militibus/ spe

sua frustratus sit. Itē ❡Hoc magis sum Publio deditus/quod me/q̄q̄ á pueritia semper/tamen hoc tempore maxime/ sicut alterū parentē & obseruat & diligit.) nō alienum puto Plutarchi verba apponere/ quibus & origo inimicitiaꝝ cū Crasso & consuetudo cū filio cōtinentur. Cōiurationis/inquit in Craso/eius/quæ Catilina autore cœpta oēm penè funditus euertit Remp./conscium atq; participem fuisse Crassum/nō parua suspitio fuit.nam ex coniuratis quidā/ magna voce Crasum cōpellans/ auditus est.attamē eius verbis nemo fidem adhibuit.Et M.Cicero cōiurationis vindex aperte satis in ofone quadam in Crasum & Cæsarem cōiurationis illius nō minima ex parte causam refert.eam tamen orationem nūq̄ nisi post vtriusq; mortē edere ausus est. In illa vero/quā de suo consulatu habuit/ Crasum ad se noctu venisse refert/ Epistolā á Catilina missam tenentē/qua illum quasi cōscium ad firmandam cōiurationem hortatur atq; hac de causa semper in posterū Ciceronis inimicus Crassus est habitus.qđ vero palā illum nō insectaretur/filius impedimento fuit/qui/quū studioꝝ ac disciplinæ amātissimus eēt/ vehementer Ciceronē diligebat/eiusq; cōgressu ac familiaritate plurimū vtebatur/adeo/vt/quū exilio damnatus esset Cicero/P.Crassi filius vnā cū eo vestem mutauerit/ atq; alios adolescētes cōplures idē facere cōpulerit.tandem vero patrem etiam Ciceroni conciliauit.

Ex Epi.x.

❡Simul vero semissis homo cōtra me arma tulit)

lectionem obiter eam idem Hermolaus recepit/Simius nō semissis homo.& semissem hominē dimidiatum aut certe minorē spithameo accipit/vt & interpres.vt sit/ simul/vbi primū. quāuis & libro.vij.hic Simiolus/inqt/animi causa me/ in quē inueheretur/ delegerat.& Coelius.quā illius Simię vultū subire. Itē ¶ Si mehercule Appium haberē/in cuius locum suffectus sum/tamē hoc sustinere nō possem) nō sequor interpretationem Clerici.tu vide/ne id potius dicat.si in vinculis haberē Appium pręcessorē meū/ ā tot hominib⁹ tantorū flagitiorū accusatū/vix possem sustinere prouincialiū querelas.nedum possim perditū istum atq infamen hominē dimittere.nā ex iure ciuili didicimus/apud successorem accusari pręcessorem licuisse.atq eo nomine dies.l.noua lege in administrata puincia manere cunctos praesules caeterosq quocūq noīe magistratus. Item ¶ Ego post supplicationes mihi decretas in Dalmatiā profectus sum) scio quantū angatur interpres/neq tū proficit Hilum.ego non dubito/exigua syllaba locū resarciri/ac plané restitui.pfecturus/itaq lego.nisi quis malit sententiā illā bis decretarū supplicationū sequi.Id enim & priores literę adiuuant/quinq ante mensibus de supplicationibus/vt uideo/scriptae.asti pulatur sententiae nostrae/quod est/in eisdē illis pximis literis/& inde tamē aliquādo eruā.quasi de redeundo in Dalmatiā/iā tū cogitaret.vt & forte mēdosa ei Epistolae sit ascripta dies.interpres vero ne Caesarem quidem intelligit hoc tpe cōsulem fuisse/ neq hunc Vatinium alium ab illo odiosissimo teste. P. cuiusdam Vatinij meminit Plutarcus/qui contra

Spartacũ infœlicissime pugnarit. & si pro eo Publiũ Vorenũ legimus in Epitome Liuij. Itẽ ❡ Quid illis respondere possum/qui sua bona direpta/nauis expugnatas/fratres/ liberos/ parẽtes occisos actio- nes expostulant) melius / actione/vel/ actionibus. quasi palàm & in iudicio. alij codices/autores/Ma- nutiani/actores/nõ oĩno ociose hñt. ut tñ negocioꝝ potius gestores significet / quã causaꝝ motores/vt voluit Clericus.

Ex Epi.xij.

❡ Res nr̃as monumẽtis cõmendari tuis) rumores/ qd hẽt iterpres/nõ recipio. Itẽ ❡ In quo & illa poteris vti ciuiliũ cõmutationũ scientia) siue ita le- gas/siue/vt alij habent codices / ciuilũ cõiurationũ sententia/qd̃ & magis mihi quidẽ arridet/ita accipi oportet/vt legẽ quasi quãdã dicat scribẽdaꝝ cõiu- rationum.vt.s.subijcit/ non/vt garrit interpres. Itẽ ❡ Vel in explicãdis causis reꝝ nostraꝝ) alij me- lius/nouaꝝ.

Ex Epi.xv.

❡ Alij nescio quo pacto obduruerũt) ad omnia/vt neq; Reip.neq; sui ipsi⁹/neq; amicoꝝ meminisse vi- deantur.vt Marcellus & alij/non/vt interpres. Item ❡ Sed casu nescio quo in ea tẽpora nr̃a ætas incidit /vt/quũ maxime florere nos oporteret/tum viuere etiã puderet.) hæc est causa/cur nõdum v̀na fuerint. quasi.s.alterius alter cõspectum pudore vi- taret.qui in tantas miserias tã q; turpem seruitutem recidissent.non culpa Luccij/vt uoluit Clericus.

Item ℂ Neq; ob eam vnã causam/q̃ tu suspicaris) id est/quod ait in præcedenti Eplã Lucceius,nõ possum te/si cõcedis/quod sentimus/vt liberius dicam/ nõ accusare.quid.n.tu solus aperta nõ videbas?&c. nõ/vt Vbertinus.nã respõdere has supioribus literis argumento est/q̃d subijcit.hic tu ea me abesse vrbe miraris.&c.neq; me valetudo tua offenderet:neq; te mœror meus.

Ex Epi.xvij.

ℂ Et primis illis tpibus/qbus in inuidiã absens & in crimẽ vocabare/defendi) ad iudiciũ de ui/pro quo extat oro/arbitror pertinere.nisi id forte repugnet/ q̃d in ea orne:uidere se præsentẽ P.Sestiũ reũ dicit. vt ad illam potius C.Antonij/cuius erat quæstor in Macedonia/siue accusationẽ/siue molestiã/coniunctam forte cũ P.Sestij accusatiõe/respiciat.q̃d vero subijcitur. Itẽ ℂ Quũ in tui familiarissimi iudicio) &c.ad illam cãm/pro qua extet oratio/nã alio qui coniuncta vtriusq; Milonis,s.ac Sestij fuit de ui accusatio.hoc vero postremũ iudiciũ/postq̃ ex prouincia Cilicia redijt Cicero/intentatũ Sestio/eóq; demũ in exilium pulsus est.De Antonij molestia illa vidimus pauloante in lr̃is ad ipm Antoniũ/hunc q; ipm Sestiũ.vt iam aut illic/Publij filio/aut hic/Lucij/ á Manutio inscribendũ fuerit.nã eundẽ esse nõ dubitamus. Itẽ ℂ Inimici nõ solũ tui) nõ Clodius/ vt interpres/ ante á Milone occisus.sed superstites amici eius. Item ℂ Et maxime amici tuæ conscientiæ) amici deprauatum uerbum,itaq;/vel/post

amicos tuã conſcientia. vel/animus tuæ cõſcientiæ/ aut tale aliquid reponendum.

Ex Epi. xviij. &. xix.

❡ Idq̃ vna ſententia eaq̃ dubia potentia alicuius cõdonatum exiſtimetur) ego/potentiæ/tertio caſu puto legendũ. neq̃ vero pro certo affirmare auſim/ poſt oppreſſam á Cæſare patriá ſcriptas haſce lr̃as. nõ nihil enim libertatis hẽre videntur/ ſuſpicantiſq̃ magis eſſe futura mala/quã ferentis patientiſq̃.

Itẽ ex. xix. ❡ Extatq̃ id/quod mihi oſtenderas quibuſdã literis/hoc te ſtudioſiorẽ in me colendo fore/ quã in ꝓuincia fuiſſes/ & ſi meo iudicio nihil ad tuũ prouinciale officiũ addi poteſt/quo liberius iudiciũ eſſe poſſet tuũ.) non ſignificat/qđ arbitratur interpres. ſed p interpoſitionẽ ea legenda ſunt (& ſi meo iudicio nihil ad tuũ prouinciale officiũ addi poteſt). quo/vero/quanto eſt. reſpicitq̃ /hoc/verbũ /quod Initio eſt. vnde & ſenſus alius eſſe dubio ꝓcul apparet. Itẽ ❡ Te meo cõſilio magnopere eſſe lætatũ) meo/ quod ego mihi cœpiſſem/nõ/vt Clericus/ tibi dediſſem. & ſignificat cõſiliũ diutius vel in prouincia vel Athenis ꝑmanẽdi. nã ſubijcit/nullum datũ á ſe cõſiliũ Fabio/ac ne occulte quidem/ quid ſentiret ipſe/ſignificatum/ne admonere vel efflagitare potius videret.

Ex Epi. xx.

❡ In ꝓuincia relictas rationes pro latis haberẽ) pro relatis/vel/ pro delatis / lego. Itẽ ❡ Quãobrẽ

de Volusio quod scribis/nõ est id rationum) vacat/ puto/quãobrẽ.aliud.n.caput est.ut legi possit/quod autẽ de Volusio scribis.rationis/certe malim scribi/ quã/rationum.frequens iuriscõsulis etiam non antiquissimis verbũ/rationis est.i.rationi cõsentaneum. sed/quia hic de rationibus agebatur/inuersum est. Volusiũ uero interpres insulsissime nec ulla ratione legatũ hunc existimat Ciceronis.quũ eni dicat Cicero maxima calamitate & obligatiõe leuatos legatum Leptãq;/hunc uero Volusium/si fieri potuisset/ pro Valerio trahere in obligationẽ voluisse/quis nõ videt somniare eũ / qui eosdẽ putet esse? Item ℂ Quũ rem á me nõ insipienter ne cogitatã quidẽ putas) vide/num ita malis.quũ rem á me ne insipiẽter qdẽ excogitatã putas.hoc est enim/quod dixerat/etiã mediocris prudentiæ fructu se á Ruffo verbis priuari/quasi nescisset excogitare rationẽ Valerij liberandi. Item ℂ Sed neq; me tũ humanitate literarum meaꝝ obligatũ puto) alibi ℂ Sed neq; me in humanitate) &c̃.lego/sed neq; mihi humanitate literaꝝ meaꝝ te obligatum puto.ex sensu. Epistolã vero hãc iccirco postulat scindi/nõ ea/quã putat interpres/causa/sed qa videbatur nõnullã publicæ pecuniȩ in amicoꝝ gratiã diminutionẽ factam cõtinere.vt de Valerianis prædibus quod supra scriptũ est.quare nescio q̃ prudenter atq; ex fide fuerit in volumen relata á Tyrone/quũ id Ciceroni sciret displicuisse. Item ℂ Reliquum est de sestertijs centum millibus) infra legitur/centum/nõ/centum millibus.ego centũ tenẽdum arbitror.nã illa quantitas in immodicum crescit.nec ea est/propter cuius

iacturam existimari possit minus ad eum aut de suis cibarijs aut de procōsulis liberalitate peruenisse. Item ❡ Id fuisse sestertia.xxij.) ne hæc quidem integra satis summa/quū inuat statim/maiorem fuisse/ quā illam quæstoris centum sestertiorū.nisi quis scribi malit/sestertiū vicies bis/vt significet viginti duo millia sestertiorum. Item ❡ Nolles à me tempore existimationem accipere) deest hoc/vt sit/hoc tempore.atq; ita sané alij quidam seruant codices/ & subiecta demonstrant.nam/inquit/numeratum si cuperem/ nō erat.est vero numeratæ pecuniæ estimatio in res soli mobilesq; / sicut & rerum in pecuniam numeratam.

Ex Epi.xxj.

❡ Vt enim/quū esset maior & virorū & ciuium bonorum & iocundorum hominū) etenim/sensus postulat. Item ❡ Cui nisi inuidisset is/quē tu nūq̄ amasti) quid/si Pompeium intelligat?qui fœdus cū Crasso Cæsareq; inierit/ut resistere Ciceronis Catonisq; factioni nimiū/vt ipsis videbatur/libertatis cupidæ posset. Nota est enim illa M.Tullij suspiratio/vtinam Gn. Pompei societatem cū Cæsare aut nunq̄ coisses/aut nunq̄ diremisses. interpretū sensa non satisfaciunt.

EX LIBRO SEXTO EPI- STOLARVM FA- MILIARIVM.

Ex Epistola Prima.

SI enim bene sentire recteq; facere satis est ad bene beateq; viuendum/nõ vereor/ne eum/qui se optimoꝝ consilioꝝ conscientia sustẽtare possit/miserum esse nephas sit dicere) videtur vna abesse negatio/aut vna abũdare. vt legi debeat/vereor/ne eum.&c.vel/nõ vereor/ne non eum/& reliqua.vel/nõ nephas sit dicere.alioqui / si primã scripturam recipimus/significarit/certum habeo/nephas nõ esse miserũ dicere. quod Ciceronis sententiæ repugnat.ea est enim istiusmodi orationis uis atq; proprietas.quod frequẽti autoꝝ usu ipsiusq; in primis Ciceronis sancitur/& si plærisq; locis corruptis/qbusdã vero etiã eruditis hominibut dissentientibus. Item ℭ Togati potius potentiã/quã armati victoriam subissemus) togati atq; armati.s. Cæsaris.sunt enim secundi casus. potentiã vero togati dixit/propter secundũ cõsulatum/quẽ/si exercitum prouinciãq; traderet/dari sibi omnino Cæsar volebat.autores omnes.ad Cecinã ipse paulopost. esset hic quidẽ clarus in toga & princeps.sed tantas opes/quantas nunc habet/nõ haberet.

Ex Epi.ij.

ℭ Hoc item tẽpore breuior esse debeo) hoc autẽ/

bona lectio. I tē ¶ Siue enim cū nihil opus fuit tā multis verbis) tum opus/melius. Itē ¶ Nec uero quicq̄ uideo/quod nō idē te uidere certo scio) sciam/in alijs integrius. Itē ¶ Alteri dimicāt) nō/qui sunt cū Caesare/vt Clericus/sed qui mortuo Pompeio bellum renouarūt. quos remansisse in castris dicit/vt Cato/Scipio/Pompeij filij/multiq; praeterea. se vero/Torquatū/Marcellū/ alios discessisse e castris/nec extrema belli ciuilis persequi voluisse. numeramus secundā Epistolam hāc/quae est in plaerisq; omnib⁹ exemplaribus tertia/ quod se ipsa proximā primae illi ostēdit.id ne Vbertinum quidē praeterijt.

Ex Epi.iiij.

¶ Equidem quū haec scribebam/aliquid iam actum putabam/nō quo ego certo sciam/sed quod difficilis erat coniectura) lego/sed quod nō difficilis erat cōiectura.nisi malis/quid/legere.ut sit/quid actū esset/ erat difficilis cōiectura. Item ¶ Vtercūq; uicerit) de rebus Aphricanis puto intelligi. nā & supra ad Messinū.neq; me tamē vlla res alia Romę tenet/ nisi expectatio rer̄ Aphricanar̄. videtur enim mihi res in propinquū adducta discrimen.puto autē mea nō nihil interesse/q̄q̄ id ipsum/quid intersit/nō sanè intelligo. Verūtamē/ quicquid illinc nunciatum sit/ nō longe abesse velim/á cōsilijs amicorum. est enim res iam in eum locū adducta/vt/q̄q̄ multū intersit inter eor̄ causas/qui dimicant/ tamē inter victorias nō multū interfuturum putem.Quae longius adieci/ q̄a dubitare uel errare potius interpretem uidebā/

neq satis intelligere/Pompeius ne hoc tẽpore mortuus esset.quod sine dubio paulopost uel ex ipsius interpretatione his ipsis literis cõfirmat Cicero. Item ℭ Alteros propemodum iam sumus experti) & propter multorũ insolentiam plurimasq indignitates/& illud/quod scribit Plutarcus/penè à Pompeio filio interfectum Dyrrachij Ciceronẽ/ dum se in ocium properare respondit/& sibi iam finem ciuilis belli cõstituisse.ut nõ modo Cæsarianis irati/sed his quoq/qui à bello & exercitu suo discessissent/futuri Pompeiani uiderentur/neq id mea snia imerito.

Ex Epi.v.

ℭ Ea natura est rerum/& is temporũ cursus/ut non possit ista aut tibi aut cęteris fortuna esse diuturna.) significat ista sentẽtia/quã est apud alios quoq sæpe vsus/id/quod est apud Plutarcũ/his verbis.postea/ inquit de bello contra Pharnacẽ/traijciens in Italiã Romã perrexit.Exacto iam anno/in quẽ creatus secundo dictator fuerat/quũ superiori tempore nũq̃ eã in anni spaciũ cõferri dignitas soleret/consul designatur in posterũ.Quo tempore multa audire de se cõuitia contigit.motis nãq ad seditionibus militibus.quũ duos prætores Cosconiũ & Galbam occidissent/tantũ eos obiurgauit/vt ipsos pro cõmilitonibus ciues appellatos mille viritim drachmis donarit: vt multa insuper Italiæ prædia sorte distribuerit. In eius quoq redigebantur opprobriũ furor Dolobellæ/Expilatiões Amantij/Ebrietates Antonij atq Cornificij: qui Pompeianæ partem domus perinde

ac incómodæ ac minus idoneæ demoliebatur / sub inde reædificans. Quod Ro. Populus iniquissimo p ferebat animo. Verũ enim uero Cæsar / Reip. statũ minime ignorãs / hisce administris vel inuitus vti co gebatur. hæc Plutarcus. plærasq; harũ Epistolarũ ĩtra hoc tẽpus / quo Romæ Cæsar fuit / anteq̃ in Aphricã proficisceret / Ad amicos exules á Cicerone scriptas arbitramur.

Ex Epi vj.

¶ Nec manens nec muta ratio feret) .i. cõstans vel etiam tacens / nullo loquẽte & intercedente pro te / nec enim ad verbum refertur. aliter / q̃ interpres pu tet. Item ¶ Si te ratio quædam vetustæ disci plinæ / q̃ á patre nobilissimo atq; optimo viro acce peras) Cecina volaterranus equestris ordinis fuit / de quo Plinus libro. x. Idẽ ĩter autores / qui de etru sca disciplina scripserint / Cecinnam habet.

Ex Epi. vij.

¶ Qui multa deos venerati sint) quid / si ᶜ mola deos. nam alioqui poetica nimis locutio. Item ¶ Genus autem hoc scripturæ non modo liberum / sed incitatum atq; latum esse debere quis ignorat ?) significãtius elatum / putes á Cicerone scriptum / q̃ / latum. genus vero scripturæ / historiá int elligit / præ sertimq; ciuilium cõiurationum. qualem innuit scri psisse Cecinna se / illam (opinor) Catilinæ. in qua scimus Cæsarem aut cũ cõiuratis aut pro coniuratis certe sensisse. vel querelarũ eũ librum Cecinnæ / de

quo proxima Epistola Tullius. Itē ¶ Aut infirmitati aut inuidiæ assignet.) infirmitati/timori potius/q̄/quod Clericus/imbecillitati ingenij. Itē ¶ Age vero / laudo aliquem/ num offendo? quum porro offendam/ quid/ si non vult) siquid mutari oportet/quod omnino video nō esse necesse / illud mutabitur/vt legas/quū porro non offendam.nam interpretis neq; lectionē neq; sensum amplector. Item ¶ Armati stilum persequitur/victi & nōdum restituti quid faciet?) armati antea/victi nunc/contra q̄ Clericus / qui egregie/vt solet / deerrat. Illa enim/quibus Cæsarem offenderat/antea ab eo scripta fuerant: quū esset adhuc in Pompeianis castris/ at hæc posteriora iam victus & veniā efflagitans.

Ex Epi.viij.

¶ Huic meæ rogationi potius nō cōtinuo responderūt) quid/si scribatur? huic meæ petitioni/vel rogationi potius.&c̄.vel econtra.sanè ex quattuor his inter Ciceronem Cecinnamq; Epistolis/quæ primo loco sita est/postremo debuit.in hac enim scribit Cicero/redditum eum sibi librum fuisse/ quē non tam cito traditū in tertia excusat Cecinna.quæ vero vltima est/cū appendice in secundum locū transferri debuit/in qua id cōtinetur/quod Cecinna postea se fecisse scribit.s.pmansisse in Sicilia/vt censuerat Cicero.secundam vero debere primo loco collocari & sententia eius & quod nulla rei respondet/ nullasq; Cecinnæ lras noīat/vt fieri assolet/verisimil est. Item ¶ Tibi in Sicilia / quoad vellemus vti/esse li-

ceret) distinguitur/puto/melius/ quoad vellemus/ vti esse liceret. vt sit/vti/aduerbium/non verbum. in quo enim vtereẽ Cecina Cicero? Itē ℂ Vt esses in Gallia) nō videtur conuenire/ quod subij- citur/siue hoc/siue illud est/ in Sicilia censeo cōmo- randum. vt utrobiq; itidem legi oporteat. sed hic/ Sicilia/ma gis. aut alio eius insulæ ciuitatis noīe.

Ex Epi.ix.

ℂ Nihil attinet/me plura scribere./ quod mihi ne- cesse sit/eius salutem & fortunas/ quibuscūq; rebus possim/tueri/ vt vides) aliter in alijs exemplaribus. ego ita cōmodissime scribi posse intelligo. nihil atti- net me/plura scribere q̄ mihi necesse esse/eius salu- tem & fortunas/quibuscūq; rebus possim/tueri.

Ex Epi.xj.&.xij.

ℂ Quæ tñ ipsa esset iocundior/ si vlla esset Resp.) quæ significantius/puto/ad rem familiarem/q̄ ad di gnitatem referas. quasi eū hoc ipso consoletur. illud moneo/pro/Trebatio/Trebiano in alijs esse codi- cibus & hac & superiori Epistola. Item ex.xij. ℂ Vincebatur enim fortuna ipsa debilitatæ gratiæ nostræ tui caritate) caritate. s. mea erga te / ꝙ mihi carus eras. contra q̄ Clericus. Item ℂ Quod si mihi per me efficiendum fuisset) non improbo/pro me/quod exponit interpres. Itē ℂ Sed nihil ē ā me inseruitū temporis causa) apertus sensus/quē tamen non viderit interpres. est enim/inseruitum/

Cæsarianis/nõ/tibi. Item ¶ Victus & sapiens esses) &/abundat/sensumq; dehonestat.

Ex Epi.xiij.

¶ Quoꝝ quidem & virtute & pietate & amore in te singulari & assidua & perpetua salutis tuæ cura tantũ profecit) vel/ꝑfeci/vel/virtus/pietas/amor/singularis/legendum existimo. nam & alij codices habent/amor in te singularis. nuncium ex Aphrica/quẽ supra dicit/intelligit victoriæ/qua est cõtra Catonẽ ac reliquias Pompeiani exercitus potitus Cæsar. potest ita quoq; hoc legi/& amor meus in te singularis/cęteris integris. & illud sit/. quod ait ad Cecinnam. Cædit multoꝝ iustis & officio incensis non inanibus aut ambitiosis volũtatibus. & ad Balbum. valent tamen apud Cæsarem nõ tam ambitiosæ rogationes/q̃ necessariæ. cui lectioni subscribũt ea verba insequentium literarum/tum fratrum tuoꝝ/quos æque/atq; te summa beneuolentia sum complexus/singularis pietas amorq; fraternus nullũ me patitur officij erga te studijq; munus aut tẽpus prætermittere.

Ex Epi.xviij.

¶ Scripserat enim Messalla Q. Salasso) pro/enim/vel/autem/vel/etiam/rectius legetur. Item ¶ Oratorem meum tantopere à te probari vehementer gaudeo) oratorem/qui sit Brutus inscriptus/accipio potius/q̃ de oratore libros/nulla alia ratione/q̃ tempoꝝ. eos enim ante bella ciuilia con

scripsit/hunc Cæsare iam oppressa Rep.rerum po⸗
tito,ne nimis sera gratulatio videatur.

Ex Epi.xix.

¶Nam & villa & amœnitas illa cõmorationis est/
nõ diuersorij) amœnitas Iulia / legit interpres.Ego
tamen nihil muto/vt de Petrino intelligat. Itẽ
¶De curatiõe aliqua munerum regioꝝ cũ Oppio
loquutus sum) munus hoc loco arbitror nõ donum
esse/sed officium.aut/si donum/nõ quod Lepta cõ⸗
ferre in Cæsarem/sed quod Cæsar ipse alio cogita⸗
ret,quũ subijciat Cicero. præsertim qui nihil afferat
præter operã. Item ¶Tanta est enim intimoꝝ
multitudo/quod ex his potius aliqs effluat / q̃ nouo
sit aditus) pro/ꝙ/vt/puto reponẽdũ.barbara alio⸗
qui ea oratio/tametsi quibusdã etiã latinis vsitata/
poetis certe/quin & Ciceroni ipsi quãdoq͂/sed ta⸗
men perraro.feré enim/ tantus/vt.adeo/vt.ita/vt.
scribit/nõ/ꝙ.in decimà tamen Philippica/cur nunq̃
tam frequens senatus fuit/ꝙ vnus aliquis tuam sen⸗
tentiam sequutus sit? Item ¶In qua se ille de⸗
disse beneficium putabit.si modo ipsum sciet nõ ac⸗
cepisse)lego.in qua se ille dedisse beneficium puta⸗
bit/ (si modo ipsum sciet) nõ accepisse.in quo etiã
interpres cecutit.est autem/si ipsum sciet/te.s.operã
ei tuam præstitisse. plæraq; enim principes ne ex his
quidem sciũt/quæ sibi magno labore impenduntur/
dum aut ea alij sibi ascribunt/aut totũ negociũ prin
cipi ignoratur.sed &/munerũ regionum/nõ incon⸗
cinn e/quis scribi posse arbitretur supiori illo loco.

Ex Epi.xxj.&.xxij.

¶ Aut appropinquare exitus huius calamitosissimi belli) Hispanicas potius significat / q̃ Aphricanas res / si modo sita suo loco Epistola / quum in praecedenti rediturũ ex Hispania Caesarem expectari dicat. deniq; id vltimum à Caesare gestum est bellum. autore in primis Plutarco. Item ex.xxij. ¶ Te vt nobis parenti / coniugi / tuisq; omnibus / quibus es fuistiq; semper carissimus / saluũ cõserues) parenti / matri. Aenobarbi.n.hunc filium existimo. quẽ ipm aliubi in pugna Pharsalica caesum ostendemus.

EX LIBRO SEPTIMO EPISTOLARVM FAMILIARIVM.

Ex Epistola Prima.

Ac tu haud paulo plus / q̃ quisq̃ nostrum / n delectationis habuisti) nescit / qd loquatur interpres. qui / nae / affirmãtis esse neget / sensumq; inducat & ineptissimũ / & Ciceronis sententiae cõtrariũ. est enim / haud paulo plus / multo plus. Item ¶ Libenter mehercule artem desinerem) sic Gellius. quũ iam natu grãdis artem athleticam desisset. Item ¶ Nam me cũ antea tedebat / tum & aetas & ambitio me hortabantur) quidam / tamen & aetas. ego sequor aliorũ excusam lectionem / quum

& ætas & ambitio me hortabantur. Sanè ludos hosce Pompeij altero cõsulatu editos sciri conuenit. de quibus præsertimq; Elephãtorum pugna Plinius libro octauo cap. vij. Quod & ea verba ostendunt/ipse Pompeius cõfitet. verba Plinij sunt. Pompeij quoq; altero cõsulatu/ dedicatione tẽpli Veneris victricis pugnauere in circo. xx. aut/vt quidam tradũt/xvij. Getulis ex aduerso iaculantibus / mirabili vnius dimicatione: qui pedibus cõfossis/repsit genibus in cateruas/arrepta scuta iaciens in sublime/quæ decidẽtia volubilitate spectantibus voluptati erãt in orbẽ circũacta/velut arte non furore belluæ iacerentur. Magnũ & in altero miraculum fuit vno ictu occiso. Pilum sub oculo adactum in vitalia capitis venerat. Vniuersi eruptionem tentauere nõ sinè vexatione populi/circundantis claustris ferreis. Qua de causa Cęsar dictator postea/simile spectaculum editurus/ euripis harenã circũdedit / quos Nero princeps sustulit/equitatui loca addẽs. Sed Pompeiani/ amissa fugæ spe/misericordiã vulgi inenarrabili habitu quęrentes supplicauere/quadam sese lamentatione cõplorantes/tanto populi dolore/vt/oblitus imperatoris/ac munificẽtię/honori suo exquisitę/flens vniuersus consurgeret/dirasq; Pompeio/quas ille mox luit/pœnas imprecaretur. Itẽ ℂ Et ipm qdem multos annos/nihil aliud cõmentor) docebo profecto/quid sit humaniter viuere) alij legunt/ te ipm/ qui multos annos nihil aliud cõmentaris) &c. mihi non displicet veterum impressionũ lectio. & ipsum/ q multos quidem annos nihil aliud cõmentor) docebo &c. Item s ℂ Et cogor nõnunq̃ homines

nô optime de me meritos/rogatu eorum/ qui bene meriti sunt/defendere) Vatinium innuit/quẽ circa hęc tempora rogatu Cæsaris miraq; cõtentione defendit / vt primo libro vidimus.

Ex Epi.ij.

¶ Nunc/quoniã tuum precium noui/in licitatorem potius ponam/q̃ illud minoris veneat) alij/in licitationẽ/quidã/ in/expungũt. videtur vero parũ Clericus percepisse/quid esset licitari/quod erat/quum quid sub hasta veniret/ precium offerre. vt non absurde / licitatorem potius apponã/legi queat. quod apponẽdi verbum simulationi est q̃ aptissimum/vt ipse in Antonium/iam vereor P.C.ne/quod est turpissimũ/præuaricatorẽ mihi apposuisse videar. Sed &/mihi licitatorẽ potius/apponam/scribi potest.
¶ Hic Simiolus animi causa mei / in quem inueheretur/delegerat) alij ita. hic Simiolus amicum causa mei/in quẽ inueheretur/ delegerat. inepte. ego ita. hic Simiolus/animi causa/me/in quem inueheretur/ delegerat. quod & subiecta præmissaq; satis arguũt. & postea Manutio placuisse cõperi. nam interpretis quoq; autoritate parum moueor. Item ¶ Nos hic multitudine & celebritate iudicioꝝ & nouis legibus ita distinemus) distinemur / sensus exigit / & alij habẽt codices.

Ex Epi.iij.&.iiij.

¶ Ego cũ meis (si quicq̃ nũc cuiuspiam est) etiam in meis esse malui) forte / etiam in malis. Item

¶ Tanq̄ in patria vt essem) tāq̄/verbum respicit/ nō patriam. Itē ex.iiij. ¶ Quanto post vna futuri sumus) multo significat/nō/vt Clericus/paulo. Epistolam arbitrabar / quū in prouinciam Ciliciam proficisceretur/scriptam/vt præponi proximis duabus debuisset. sed cōmouit me / quod est ad Appiū. ad.xvj.cal.Iunias Brundusiū quū uenissem. itē.cūq̧ ante cal. Iunias Brundusium venire arbitror.

Ex Epi.v.

¶ Vt eum meis cōmunibus studijsq; ornatissimū domū reducerem) pro/cōmunibus/puto legendum/ omnibus. Item s̄ ¶ Posteaq̄ & Pompeij cōmoratio diuturnior erat/q̄ putarā) præfectus erat non multo ante rei frumētariæ toto imperio Pompeius. Cicero legationē ab eo acceperat/si vellet. ipse ad Atticū. Ego me á Pompeio legari ita sum passus/vt nulla re impedirer/quin/nisi vellem/mihi esset integrū/aut/si comitia Censorꝝ proximi Coss.haberēt/ vt petere possem/aut votiuam legationē susciperē prope omniū fanorum/ac sacrorum locorꝝ.Sic enim nostræ rationes/vtilitates meæ postulabant. sed volui meam potestatem esse vel petendi/vel ineunte æstate exeūdi.& interea me esse in oculis ciuium de me optime meritorꝝ/nō alienum putaui.& alia Epistola. Sed heus tu.scripseram ne tibi me esse legatū Pompeio: & extra vrbem quidem fore ex Idi. Iañ: Visum est hoc mihi ad multa quadrare. Item ¶ Accedit etiam/quod familiaritatem inducit / in iure ciuili singularis memoria/summa sciētia) qdā/

ꝙ familiam ducit/nõ probo.nihil igitur muto.distin ctione tantũ iuuandus locus/vt proposui.nã interpres nugatur.his enim in suam familiaritatẽ venisse Trebatium indicat. Item ℭ Sumus enim putidiusculi/quã per te vix licet) alibi/ puditiusculi.meꝰ codex recte/pudẽtiusculi. ꝙ si etiã/ impudẽtiusculi/ legas/ego valde probem/ propter illud.verũ/vt video/licebit.qđ Clericus ridicule interpretatur.

Ex Epi.vj.

ℭ Hoc tibi tam ignoscemus nos amici/q̃ ignouerũt Medeæ) sequẽtia verba ex veteri quapiam tragœdia sumpta sunt/ videlicet.quæ Corynthum arcem altam habebãt matronæ opulentæ optimates/ quibus illa manibus gypsatissimis persuasit/ ne sibi illæ vitio verterent/quod abesset à patria. Nã multi suã rem bene gessere/ & publicam patria procul.multi/ qui domi ætatẽ agerent/propterea sunt improbati. item ea in fine.qui ipse sibi sapiens prodesse nequit/ nequicq̃ sapit.Id ipsa Ciceronis verba indicãt.quãdo Medeam/inquit/cœpi agere. quod nõ intelligit Clericus.notasse idem ante nos Politianum cõperimus.in quibus tamen verbis vide/ne/ Corynthu/ genitiuo greco legendũ sit.Acrocorynthum dictam eam arcem plærisq; geographis cõstat.

Ex Epi.ix.&.x.

Quid huc properes/nihil est/p̃sertim Vacerra mortuo) quod hic/uera lectio.vt & mox.est/quod gau

deas. Vacerrã supra familiarem Trebatij ostendit, querar/inquit/cum Vacerra & Manilio. Item ¶ Sũmo genere natus/Terræ filius) sic ad Atticũ/ & huic terræ filio nescio cui cõmittere Epistolã tantis de rebus non audeo. Itẽ ex.x. ¶ Quod si in Britãniã quoq; profectus esses) nõ arbitror aduersari superioribus/aut eo minus suo loco positam Epistolam/quũ in illis nõ affirmet Cicero/in Britãnicã profectum Trebatiũ. neq; simile veri est/toto exercitu esse profectum in Britãniam Cæsarem/vt nihil copiaꝝ in Gallia relinqueret. Sed quũ in eam insulã expeditio pararetur: aut iam esset cœpta/putabat profectum eo Trebatium/aut profecturũ sperabat. nã/qđ est supra in Epistola prima ad Trebatiũ/ita legi conuenit atq; distingui. Tu/q cęteris cauere didicisti/in Britãnia ne ab essedarijs decipiaris/caueto/nõ/vt est ab Aldo factum/cauere didicisti in Britannia. quibus enim caueret/quũ in bello sileant leges? Item ¶ Quãq̃ vos nunc isthic satis calere audio) ad timorem discrimẽq; belli ptinet/nõ auaritiam/quod ineptissime ratus est Clericus. Cœlius. quod tibi supra scripsi/Curionem frigere/iam calet. nam feruentissime cõcerpitur. Subsequens clausula sententię nostrę subscribit. Item ¶ Quẽ antea ne Andabatã quidem defraudare poteramus) vel ludum ipm Andabatã forte dicit pueroꝝ/qui clausis oculis pugnarent. á quo ne ipso quidem/tametsi leuissimo/reuocare Trebatium possent antea/vel/ipsum Trebatium Andabatam. i. quẽ/ne/quũ clausis tibi quidem oculis/nos pugnaremus/fraudare poteramus/quin nos intuerere/nũc spectaculum esseda-

ciorum spectare noluisti. Iocatur autem i essedarijs/ qui tametsi Romæ in ludis ac spectaculis adhiberentur/in Britãnia tamen pugnatores erant. inde illud/ ne ab essedarijs decipiaris/caueto. quod ad natationem pertinet / Plutarcus illud scribit. In Britannia quoq;/inquit de Cæsaris militibus/primis centurionibus in palustrem & aquosum incidentibus locum/ irruentes incubuere hostes. tum/prœliũ inspectante Cæsare/miles quidam in medio irrupit/plurima cõspicuę fortitudinis ostentans opera. Versis in fugam barbaris centuriones reduxit incolumes. ille/ ægre cunctos euadens/in limosam se se deiecit paludem. q̃ nunc natans/nunc pedibus cõmeans/vix tandem ommisso scuto traiecit. Id illud est/opinor quoq;/qđ timuerat Cicero/nunciatumq; Romæ dicit/nõ ficta illa exercitatio/q̃ sentire videtur interpres.

Ex Epi. xj.

¶ Quis enim tot interregnis iurecõsultum desiderat?) interregna intelligit / de quibus Plutarcus in Pompeio/quæ in hæc tempora inciderunt. cæterũ/ inquit/vt dilata comitia sunt/ciuibꝰ largitione corruptis / Pompeiusq; interregnum despexit: Rumor extemplo ad dictatorem exortus in vrbe est. Hunc Lucilius tribunus plebis primũ efferre est ausus/plebi suadens/vti Pompeium dictatorem declararent. Verum cũ his obsisteret Cato/Lucilius feré se tribunatu abdicare coactus est. Pompeium tum amicorũ multi excusauere/ꝙ magistratũ illũ non quęsiuisset/ pro eo nil obsecrauisset/eumq; haud voluisset. Quæ

cũ laudauisset Cato/Pompeium exhortatus est/ad Reip.curam recãpessendã/Ob quę ueritus Catonẽ ille ad priorem ornatũ vrbis versus est/creatiq; cõsules sunt Domitius ac Messalla. Sed cũ postea res ad inter regnum redisset/sermonesq; multi de dictatore iteꝝ excitarentur/vim extimescens Cato censuit legitimum quendam magistratũ Pompeio dandum/& imputã illam dictatoris potentiam atq; tyrannidem abolendam. Qua in re Bibulus Pompeio inimicus prior in senatu rogationem tulit/vt vnicus cõsul Põpeius decerneretur. Aut enim inquit Resp. ab instãte turbine salua fiet/aut optimo parendum erit. Hæc sentẽtia cũ propter oratorem monstruosa videretur/surgens Cato/expectationẽ præbens/q̄ Bibulo cõtradicturus esset/silentio acto/eidem inixus est/á se se illã inquiens minime afferendã fuisse/sed ab alio illatam cõprobare/iubereq; in ipsam iri quemcũq; magistratum magis eligens/q̄ neminem/Pompeiumq; existimans ea tempestate salubrius/q̄ aliũ esse præfecturũ. Quo á senatu suscepto/decretum est/vti Pompeius cõsul creatus solus magistratem gerat/siq; collega opus esset/nõ ante duos menses experimento doctus collegam sumeret. Si ergo per Sulpitium inter regem Pompeius consul factus. Quod autem & verba iuris ciuilis sententiãq; retulisset/nam &/vnde petitur/&/postulare aduocationes/& cõsilium dare/ad ius ciuile pertinẽt/subijcit/satis ne tibi videor abs te ius ciuile didicisse/non/vt ille retur/q̄ legibus ea res ꝓhiberetur. vnde petitur/quãuis ad reos sæpe referatur/hic ego iuris ipsos cõsultos/á quibus cõsilium peti solet/acceperim. quod

venuste dictum est a Cicerone. Appianus his perturbationibus vrbem per octo menses caruisse magistratib⁹ e autor. Cicero quoq ad Atticu libro.iiij. res iuit (nam ita scribi malim) ad interregnu/& est nonnullus odor dictaturæ.sermo quidem multus.qui etiam Gabinium apud timidos iudices adiuuit.& in alia.& eo magis nunc concitare dictaturam/fauere iustitio & omniu rerum licentiæ. Item ¶Hæc signa meliora sunt/q in meo Thusculano) ludit in signorum significatiõe duplici. quod & significationes notat / & imagines pictas fictas ue. simul & ad æs alienum a se illa signo coemptione contractum iocatur.de quo non multo post ad Gallum hoc ipso libro est Epistola.vbi hæc. Martis vero signum quo mihi pacis autori gaudeo nullu Saturni signu fuisse. Hæc enim duo signa putarem mihi æs alienu attulisse. Mercurij malle aliquod.fuisset fœlicius.puto/cu Auiano transigere possemus.& ante. Tu autem ignarus instituti mei/quanti ego genus oino signo omnium non æstimo/tanti ista quattuor aut quinq sumpsisti.& mox.Exhedria quædam mihi noua sunt instituta in porticula Thusculani/ea volebã Tabellis ornare.& ad Atticum libro.i.Quæ mihi antea signa misisti/ea nõdu vidi.in Formiano sunt.quo ego nunc proficisci cogitabam.illa omnia in Thusculanu deportabo. Caietam/si quando abũdare cœpero/ornabo.item.quæ tibi mandaui/& quæ tu intelliges conuenire nostro Thusculano/velim/vt scribis/cures/quod sine molestia tua facere poteris.& quarta Epistola.Tu/velim/siqua ornamenta gymnasio reperire poteris/quæ loci sint eius/quẽ tu nõ ignoras/

ne prætermittas. nos Thusculano ita delectamur/ vt nobis metipsis tum deniq;/ quũ illo venim⁹/ placea- mus. Et Epistola. v. vj. vij. & aliubi. Thusculanum & Pompeianum me valde delectant/ nisi ꝙ me illum ipsum vindicem æris alieni ære non Corynthio sed hoc circũforaneo obruerunt. Interpres vero stulte diuinare maluit/ q̃ tacere.

Ex Epi. xij.

❡ Quod ius statues cõmuni diuidũdo?) ex iure ci- uili sumpta loquutio. apud quod titulus est/ cõmuni diuidundo/ vbi de reꝝ cõmunium diuisione agitur. nam is/ qui est/ de reꝝ diuisione/ alium habet tracta- tum. v3. in quot species res diuidantur. quod. s. aliæ sacræ/ aliæ sanctæ/ aliæ religiosæ/ quædam publicæ/ quædam cõmunes/ vt est adhuc in libris iuris ciuilis. in quo deridicula est Vbertini confidentia.

Ex Epi. xiij.

❡ Tantũ metuo/ ne artificium tuũ tibi parũ prosit/ nam/ vt audio/ isthic nõ ex iure manu cõsertum/ sed magis ferro rem repetunt. & tu soles ad uim facien- dam adhibere/ neq; est/ quod illam exceptionẽ in- terdicto pertimescas/ quod tu prior in omnibus ar- matus nõ veneris. scio enim/ te nõ esse procacem in lacessendo) alij & tu soles ad vim faciẽdã adhiberi. alij. & tu soles ad vim facundiam adhibere. quidam totum abolent/ vt Manutius. sed hoc proximum nõ ineptum. quid tamẽ/ si ita legatur? & tu soles ad vim

arcendam interdictum adhibere.vel/& tu soles ius ad vim arcēdam adhibere.certe/quod subditur/ita legi oportet.neq; est/quod illam exceptionē interdi cto pertimescas/quod tu prior hominibus armatis cōueneris.iocatur enim tanq̄ cū imbelli iurecōsulto/qui vim armatam iure legibusq; repellere cōsuesset/nō armis.postulat autem locus/extorquetq; etiā/vt ex iure ciuili afferam/quæ loco interpretando satis esse videantur.erat igitur constitutum interdictum/quo vteretur is/cui vi eriperetur possessio agri cuiuspiam.quod alienis uerbis.i.iuriscōsultorq̄ nostris declarare malumus.Vlpianus titulo de vi & vi armata ita scribit.prætor ait/vnde tu illū deiecisti/aut familia tua deiecit/de eoq;/quod æque ille tunc ibi habuit/tantūmodo intra annum/post annum vero de eo/quod ad eum/qui ui deiecerit/peruenerit/iudicium dabo.hoc iudicium proponitur ei/qui ui deiectus est.etenim fuit æquissimum vi deiecto subueniri.propter quod ad recuperandū possessionē hoc interdictum proponitur.idem paulopost.vim ui repellere licere Cassius scribit/idq; ius natura comparatur.apparet autē/inquit/ex eo/arma armis repellere licere.& mox.sed/qui per uim possessionē suam retinuit/Labeo ait/nō videri vi possidere.itēq; infra.eū igitur/qui cū armis venit/possumus armis repellere.sed confestim/non ex interuallo.dūmodo sciamus/non solum pmissum resistere/ne deijciatur/sed &/si deiectus quis fuerit/eundē deijcere/non ex interuallo/sed ex continenti.Iulianus quoq; in eandē sententiā.qui possessionē/inquit/sibi ereptā in ipso congressu recuperat/in pristinā causam reuerti/po-

tiusq̃ ui possidere intelligẽdus est. ideoq́/ si te vi de-
iecero/ illico tu me: deinde ego te/ vnde vi interdi-
ctum tibi vtile erit. Diocliatianus vero & Maximinus
Augusti/ recte possidenti ad defendendã possessio-
nem/ q̃ sine vitio tenet/ cũ moderamine inculpatæ
tutelæ vim propulsare licere rescripserũt. inde infra
ad Voluniũ Cicero/ vrbanitatis possessionẽ / ama-
bo/ quibusuis interdictis defendamus. Sanè de iure
manu cõsertum supersedemus huc afferre/ quũ sint
in eam rẽ nõ pauca á doctissimo antiquitatisq́ inda-
gatori pspicaci Budeo prouinciali homine in anno-
tationibus Pandectaꝝ conscripta. tantũ monemus/
præter quæ ab illo cõgesta sunt/ esse/ qui affirmẽt/ in
veteri exẽplari Ciceronis de oratore nõ/ manu cõ-
sertum/ sed/ manũ cõsertum/ legi/ q̃ ea figura dice-
retur/ ire ex iure manũ consertũ/ aut ex iure vocare
manũ cõsertum. ex iure enim. i. s̃m ius vocabant ad-
uersariũ in agrum/ quo de cõtrouersia esset/ vt ma-
nus in eam rẽ consererent. quo iure. s. agebatur/ quũ
res sua vendicaret/ q̃ alius inuasisset. Cicero libro. i.
de oratore/ aut te/ inquit/ ex iure manũ cõsertũ vo-
carent. quod in alienas possessiões tã temere irruis-
ses. hoc igitur venuste dicit Cicero / si interdictum
vnde ui aduersus Britannos exercueris/ non est tibi
verendũ/ ne te illa exceptiõe repellant/ q̃ eos prior
tu de possessione armatis hominibus deieceris. neq́
enim dubito/ quũ te norim non temere solere queq̃
vltro lacessere/ quin tu ab eoꝝ iniuria semper absti-
nueris/ ac per te eis perpetuo possidere Britanniam
licuerit. atq́/ vt monui/ iocatur Cicero. alioq́/ si hæc
ad iuris subtilitatem referantur/ parum defendi po/

terunt, vt obiter caucam istos leguleos/qui ne latũ quidem unguem á regulis suis. i. Bartoli discedi citra cõuitium patiũtur. nec/quo quid animo sensu ue dicatur/pspicere possunt. Sed age/videam⁹/id quoq̃ qd significet. ¶ Audio capitales esse/mallem auro/ argento/ære essent) existimo á mulctis esse translationem/ita tamen/vt auro/argẽto/ære essent/eadẽ figura sit dictum/qua soluendo esse. i. habere/vnde soluas. sic aurum/argentũ/æs haberẽt. supra/in Britannia/inquit/nihil esse audio neq̃ auri neq̃ argẽti. id si ita est/essedũ aliquód rapias/suadeo/& ad nos q̃primum recurras. & ad Atticum. etiã illud iam cognitum est/neq̃ argenti scrupulum esse vllum in illa insula. inde illud est infra eodẽ hoc libro ad Curiũ. Attilius/qui in Græciã cũ legionibus missus est/maximo meo beneficio est. i. maximum habet meũ & á me bñficiũ. nisi forte eo loco malimus / bñficio est. s. missus accipere/aut affectus/vt in alijs. Item s ¶ Moriar/ni (quæ tua gloria est) puto/te malle á Cæsare cõsuli/q̃ inaurari) iocatur idẽtidẽ. q̃ inaurari & ditari est & auro corpus cooperiri.

Ex Epi. xvj.

¶ In Equo Troiano scis eẽ/in extremo sero sapiũt. tu tamen/mi vetule/nõ sero) nõ habent verba hæc id sensũ/quod expiscatus est nesciocunde Clericus. sed hoc dicit. quũ mihi primis illis tuis literis desipecere atq̃ ineptire videreris/desyderio vrbis atq̃ vrbanitatis nimio/vt Epistola prima ad Trebatiũ/sequentiq̃/non diu post ad sanitatẽ redisti/quando in

Gallia libenter esse cœperis. vt proximis literis. est vero nescio quid apud Beroaldi adnotaméta in húc locú/si satis nemini. Itẽ ℭ Deinde/ꝙ in Britãnia nõ minus/q̃ Philotheorõ te ꝓbuisti) qui primus locum restituit/Politianus idẽ nõ satis ne ipse quidẽ sensum assequutus est. Ego (ꝙ video) non minus Philotheoron / esse dici ad eo in illo medicæ familiæ exemplari/Existimo / sensum sequutus/nõ nimis á Cicerone scriptum. vt/q̃/inuectitium sit. illud aũt sine dubio demonstrat/id enim ad eundem scripsit. Sed tu/inqt/in re militari multo es cautior/q̃ in aduocationibus / qui neq̃ in oceano natare volueris/ studiosissimus homo natandi/neq̃ spectare essedarios/quẽ antea ne Andabatam quidem defraudare poteramus. cui loco nos verum (ni fallimur) suũq̃ reddidimus sensum. inde pendet. Item ℭ Cõstat enim iter omnes/neminem te vno) &c. iurecõsultis frequens oratio/inter oẽs constat. vt id quoq̃ in Trebatium cauilli loco sit. Cicero enim non raro solennes quasi quasdam iurisperitoꝝ complexiones irridet. vt & ante & post multis locis in hisce Trebatianis Epistolis.

Ex Epi. xvij.

ℭ Nec tibi ĩ mentẽ ueniebat/eos ipsos/qui cũ syngraphis venissent Alexandriã/nullum adhuc nummũ auferre potuisse) existimo significari C. Rabirium Posthumũ cæterosq̃/qui Ptolemæo Alexãdrino regi pecunias crediderant. Cicero pro Rabirio. pulsus interea/inquit/regno Ptolemæus/ dolosis consilijs/ vt dixit sibylla/sensit Posthumus/Romã uenit. huic

egenti & toganti hic infœlix pecuniam credidit. nec tum primũ. nam regnanti crediderat absens. nec temere se credere putabat/ꝙ erat nemini dubiũ/quin his in regnum restitueretur á S.P.Q.R. & infra. q̃q̃ ad sumptũ itineris/ad illam magnificentiã apparatus comitatũq; regiũ suppeditata pecunia á Posthumo est/factæq; syngraphæ sunt in Albano Gn. Pompeij/quũ ille Roma profectus esset. &c. ibidem. dominatus est enim/inquit/Alexandriæ. immo uero in superbissimo dominatu fuit/pertulit ipse custodiã/vidit i vinculis familiares suos/mors ob oculos sæpe versata est/nudus atq; egens ad extremũ fugit é regno. deniq; pluribus verbis cõtendit in ea oratione Cicero/creditã pecuniã nunq̃ á rege exegisse Posthumũ. in quẽ hoc loco iocũde ludit/multo tamẽ magis ridendo diuinaculo interprete. Item ¶ Et ego te de rebus illis nõ audiam) iactantem. s. ac gloriantẽ/magis/q̃/vt interpres/querentem. iocatur. n. hic quoq; Cicero.

Ex Epi. xviij.

¶ Quis solet eodem exemplo plures dare/qui sua manu scribit?) vera lectio. legimus in alijs/q̃/particulã ex abundanti. quæ si expungatur/erit/opinor/sensus. quũ tu/Trebati/ab Epistolis nullum habeas/tuaq; manu scribere cogaris/miror/cur ad me eodẽ exẽplo plures dederis. quippe qui de tua ipsius fide dubitari á te nõ oporteat. si enim seruo ab Epistolis vterere/suspicari facilius posses/nõ esse ab eo/quod iusseras/scriptum. adeo nõ sequimur eorũ sententiã/qui pro/q̃/q̃q̃/repositũ voluere. Item ¶ Sed

miror/quid in illa chartula fuit/quod delere malueris/q̃ hæc scribere) q̃ hæc nõ scribere/sensus/ni fallor/exigit.hæc/cũ emphasi dictum.i.nullius momẽti res ac meras nugas.inde iocatur de formulis.quasi nihil habuerit Trebatius his ineptijs/quas ad Ciceronem scripserat/ineptius q̃ suasformulas.i.libellorum iudiciariorũ cõcepta verba exemplariaq; quasi quædam / nõ titulos/vt interpres. Item ℂNã Vlubris honoris mei causa vim maximã ranũculorũ se cõmosse cõstabat) vere ranũculos accipio.quos per iocum clientes vocat in Trebatij irrisionem/qui tam solitarium oppidum in patrocinium recepisset. inde illud Iuuenalis.vacuis ædilis Vlubris.cõtra quã interpres.clientes dicit Cicero/q̃si qui se vt patronũ á lõge salutarẽt.

Ex Epi.xx.

ℂVerũtamen/quod præsenti tibi prope subnegarã nõ tribuere/id absenti nõ potui) alij.prope subnegarem/nõ tibi tribuerem.alij.nõ delere non potui. hoc rusticius.tu vide/nunquid/denegare / legi placeat/pro/debere.illudq; insup/an ea verba/non tibi tribuerem certe/subdititia sint/& ex marginario copiam glossemate in contextum deducta.vt legi debeat.verũtamẽ/quod præsenti tibi prope subnegarem/certe id absenti nõ potui.sanè dies insequentiũ literarum locusq; etiã indicat/eas ipsas his omnino anteponẽdas.

Ex Epi.xxj.

ℂQuãq̃ enim Velia nõ est vilior/q̃ Lupercal/tamẽ

istud malo/q̄ hæc oia) alij/ q̄ omniā.ego aut priorē lectionem seruo/aut/isthic malo/q̄ hic omnia/lego. vt sit sensus.malim ædes Romæ vel in Lupercali habere/q̄ totam Veliam.deniq; a primis illis verbis nō recedo.hæc/aūt nō intelligit/quæ Cicero ipse Veliç haberet/vt interpres/sed quæ oīno Veliæ essent. Item ℂ Nec Papirianam domū deseres) Papirius ius regium.i.leges regum Romanoꝝ cōposuit & in unū volumen corpusq; redegit.fuit & alius Papirius iurecōsultus.autor Pōponius.vt uel hoc ipso iocūdę ædes futuræ Trebatio fuerint.in quo suauiter iocatur Cicero.

Ex Epi.xxij.

ℂ Si bonoꝝ Turpiliæ possessionē capio.prætor ex edicto suo mihi dedit) verba sponsionis sunt.vbi tñ uereor/ne legi oporteat/q̄ prætor ex edicto suo mihi dedit. quū enim aut creditori forte hæreditario/ aut alij cuipiam promittere vellet Silius/quęsiuit ex Trebatio Cicero/nunquid fieri ea spōsio sine periculo posset.sub ea cōditione recte ac citra periculū sponsurū respondit Trebatius/si bonorum Turpiliæ possessionem capio/q̄ prętor ex edicto suo mihi dedit.hoc enim magis probo/q̄ Manutij scripturā.& sine ipsa q̄dē ita absurda est/quin sensum habeat. Item ℂ Hoc idem Offilium dicere tecū se loquutū negabat) distinguo.hoc idem Offilium dicere.tecū se loquutū negabat.i.assentiri Seruio Offiliū dixit. fuit Offilius iurecōsultus his tpibus.huius nō rara in Iustinianis Pandectis mentio/apud Pomponiū pręsertim de origine iuris.coæuum enim Seruio tradit/

ab eoq; fundatũ ciuile ius.id verbũ in alijs codicibus mendosissime est/officium.

Ex Epi.xxiiij.

¶ Est ne aut tui pudoris aut nostri primum negare de die/deinde plus annua postulare?) qd/ si legas? rogare de die.nam negandi verbũ qui quadret/ nõ reperio. Item ¶ Maneat Damasippus in sententia) qui se forte empturũ ea signa dixerat/ si minus Ciceroni placuissent.nã Auianus quidẽ artifex/ nõ hic. Item ¶ Omnino liberti mei video esse culpam) ꝙ erratum sit in signis emendis/nõ diuersorio / vt Clericus fatue cõminiscit. Itẽ ¶ Per Licinium se egisse licebat) quid/si? Liciniam. quæ.s. fuerit Cassij soror/habitaritq; eo tpe in ea domo/ꝙ Gallus emptã sibi cuperet. Item ¶ Illo & absente & insciente migrare) illo.s.Dexio/nõ/vt Clericus/Cassio.

Ex Epi.xxv.

¶ Sed pauca de re/citius opinor.olim nõ omnibus dormio/sic ego non omnibus mi Galle seruio) & si cũ periculosum tũ difficile est/in re tam obscura diuinare/tu tamẽ vide/num ita forte reponi distingui ue possit/vt Cinthij Cincij ue aut Cithij cuiusdam exemplum afferri á Cicerone intelligas/cuius id dicterium fuerit.pauca de re nõ omnibus dormio.qui forte ex illis vnus erat doctus & ad calicẽ vigilanti stertere naso.vt sit.sed pauca de re (Cincius/opinor/olim/nõ omnibus dormio) sic ego nõ omnibus

mi Galle seruio.interpres alioqui nescio quid babultit ineptiarum.eodem orationis genere vsus infra Cicero/ lætus sum/ laudari me/inquit Hector/opinor/ apud Neuium.& ad Atticum.nã/vt ait Rhinthon/ vt opinor. Item ❡ Et siqua est hæc seruitus)& si quæ est hæc seruitus:cũ interrogationis nota puto scribendũ.quasi se corrigat/quod seruire se dixerit/ quum quid á familiaribus Cæsaris rogat. Item ❡ Non tã ab illis/q̃ hoc tempore obseruor á familiarissimis Cæsaris omnibus) ab vllis habẽt cætera melius exemplaria. Item ❡ Eumq; addictum iam tũ puto Calui Licinij Hipponacteo præconio) Caluus Licinius poeta & orator illustris.de quo Catullus/Propertius/Ouidius/Columella/ Fabi⁹/Gellius/ alij.maledicus/vt qui ne Cæsari quidẽ pepercerit/quũ dixit Bithynia quidquid Et pędicator Cæsaris vnq̃ habuit. est igitur/Hipponacteo præconio/famosissimo carmini.

·Ex Epi.xxvj.&.xxviij.

❡ Is enim est dicendi opifex).f.stilus/non Cæsar/ vt interpres putat.nam & subiecta plane intelligẽda. Item ❡ Nam/si falsa fuerũt/ quæ tu ad me/ vt ais/detulisti/quid ego tibi debeo)&c̃.hunc arbitror Fabiũ illum Sangam/ per quẽ Allobrogum legatorumque patronum cõiuratio Ciceroni patefacta est. autor Sallustius/ Plutarcus.quod interpres temere respuit/ab illo/quicunque fuit/ni fallor/oblatum/qui detulisti / denunciasti/ accepit.

❡Memini/ꝙ mihi desipere videbare)ꝙ/scio non ineruditis viris in/quũ/mutandũ videri/quia.s.non sic loquatur Cicero / credo/ꝙ.volo/ꝙ.memini/ꝙ. & alia eiusdẽ notę.quæ tamen ego interdũ apud eũ obseruaui/in raro tamen vsu. Itẽ ❡Sed/quod tu/cui licebat/pedibus es cõsequutus)apparet/qđ/ nõ esse/vt voluit interpres/cõiunctionẽ/ quũ subij/ciat/nos idẽ propemodũ cõsequimur alia rõne. Itẽ ex.xxx. ❡Et Sulpitij successori nos de meliori nota cõmenda) significare potius arbitror/qđ bar/bariuscule Crescentinas ille exponit/ꝗ quod Mari/nus Becichemus/qui bonos vel potius optimos vi/ros interpretatur / istum ipsum incessens.nam/& si vtrũqꝫ ea oratiõe significetur/ malim in hũc sensum hic accipi/alioqui ineptissime ostentaturo se Curio. quod sequitur/ quũ interpres in mendosos codices inciderit/infœlicitati sanè tempoꝝ nõ imperitię eius adscribatur.

Ex Epi.xxxj.

❡Ita Caninio cõsule scito neminem prandisse)nõ quod per noctem tm̃ cõsul fuerit/vt blatterat Cle/ricus.sed ꝙ ante septimã horã prãderent/qui cœnã & illas vnas quotidianas ac legitimas veteꝝ sobrio/rum epulas expectare ieiuni nequirẽt. prandiũ col/lationẽ vulgo dicimus/quando ventũ iam est eo/vt ne bis quidẽ cibum die sumere sat sit christiano hoĩ. nona veteꝝ cœnæ hora.multo añ prãdiũ.Martialis.

Surgite/iam vendit pueris ientacula pistor/
Cristatęqꝫ sonant vndiqꝫ lucis aues.

Ex Epi.xxxiij.

¶ Deide eutrapelia literaꝝ fecit) inde Eutrapelũ nominat hunc ad Pætũ. dices/vbi.ſ. apud Volũnium Eutrapelũ. Item ¶ Cupio eum illum noſtrum amicũ in tribunatu q̃plurimum habere grauitatis) Curionē intelligit/vt aliubi monuimus. quē ad Cœlium quoq; ſcribens ex Cilicia/vt & has/ amicũ noſtrum vocat.

Ex Epi.xxxiiij.

¶ Ne pluribus legerē tuas literas)& ſi/pluribus.ſ. ſcriptas accipi poteſt/ ego tamē malim a Cicerone ſcriptũ putare/ne perlegerē. Itē ¶ Quod hæc pœnigero/nō armigero in corpore tela exerceant) pennigero/magis placet. quaſi quereretur Philoctetes / ꝙ ſagittis Herculis non iam armatos homines/ ſed aues tantũ inſectaretur. ſic Cicero ꝙ/amiſſis cōparibus ſuis/non haberet/qui cum aut dicendi arte aut ſtudijs literarum contenderet. Item ¶ Et illis interioribus literis meis/q̃bus ſæpe verecũdiorē me in loquendo facis) quid/ſi abũdet.ſ. meis. vt Volumnij intelligat literas. aut quid/ ſi.ſ. quibus de meis ſæpe verecundiorem me in loquendo facis. propter ęqualium ſuorum mortuorum deplorationem. quaſi vnus Volumnius efficeret/ne Cicero doleret ſe ſolum ex tot literatiſſimis hominibus ſuperſtitem relictum. nam Clericus quidem inepte.

EX LIBRO OCTAVO EPI-
STOLARVM FAMI-
LIARIVM.

Ex Epistola Prima.

Omam quũ venissem / ne tenuissem quidẽ r auditionem de ea re accæpi,) lego / vt in alijs/tenuem/vel/tenuissimã quidem. idq; magis placet. quod & ꝓpius est mendosæ illi dictioni/& in manuscriptis quoq; residet exẽplaribus. nã interptes quidẽ valde decipitur/qui/te tenuisse/ legat. Cicero in Verrem/ne teuuissima quidẽ suspitio accæptæ pecuniæ ob rem iudicandã.idẽ in eadẽ oratione.quis ignorat/ queãdmodũ is tenuissimum quẽq; contempserit/despexerit/ liberum esse nunq̃ duxerit? & quarta.ne tenuissima quidẽ suspitio posset esse.hæc adscripsi/ ꝙ erat grãmatistarum regulis atq; adeo ferulis occurrẽdum/in lectione præsertim immutãda.comitia autem Trãspadanoꝝ puto esse/ de quibus Plutarcus in Cæsare.colonis/quos/inqt/ nuper Cęsar nouũ Galliæ comũ deduxerat/ciuitatẽ adimere conabantur.ex quibus quũ decurio quispiã Romæ versaretur / eũ cõsul Marcellus virgis pulsauit/ea se illi adiecisse præfatus insignia/vt se ciuem Ro.nequaq̃ esse intelligeret.quumq; discederet/vt illa Cæsari cõmostraret/imperauit. ideq; & Appianus.sed q̃d hos græculos inducimus? Cicero ad Atticum.nõdum enim satis huc erat allatũ/ quomodo Cæsar ferret de autoritate præscripta.eratq; rumor

de Transpadanis/eos iussu illius vires creare.quod si ita est/magnos motus timeo.itē.Marcellus sedendi comes/& si ille magistratū nō gesserit/erit tamen Traspadanus.ita mihi videtur non minus stomachi nostro Cæsari fecisse. Item ❡ Qua sanè meos sermones expressit) lego/alios codices/sensum/cōiecturam secutus/sanèq̄ eos sermones repressit.frequens enim Cœlio/sanèq̄/pro/multū/valde. Marcelli/inquit sequentibus literis/impetus residerunt/non inertia/sed/vt mihi videbat/cōsilio.& alijs/sanèq̄ incutit multis/qui eum facilitatēq; eius non norunt/magnum metū.item.sanèq̄ literis C. Cassij & Deiotari sumus cōmoti. & Cicero ad Atticū.quid quid interpreti videatur. Itē s ❡ Sed ipm volumen/quod tibi misi/facile/vt ego arbitror/me excusat) nō/ꝙ esset manu Cœlij scriptum/vt videtur sensisse interpres/sed qa tam multa cōtineret/ut facile ignosci potuerit Cœlio/ qui tot ipse res nō perscripsisset. Item ❡ Ne molestiā tibi cū impēsa mea exhibeam) nō tam ad chartā attinet/q̄ ad operarij scriptoris mercedem/de quo supra ait.Item ❡ Alius equidem perdidisse) scribo ex veteribus/ alius equitatū/vel/alius equitem perdidisse/vt Aldus. Itē ❡ Sed iter paucos/quos tu nosti/planè secreto narrantur) ego nihil causæ fuisse video/cur integra lectio mutaretur. elegāter enim dictum/palam secreto/de his:qui/quū secreta loqui velle viderentur/uideri tamē cupiētes/in foro propalam mussarent inter se.verbū/ palam in scriptis quoq; legimus. Indidē ❡ Ita vt in vrbe ac foro toto maximus rumo fuerit atq; Pompeiū i itinere occisum)

in alijs/ut de urbe ac foro toto maximus rumor fuit/ atq; Pompeio in itinere occiso. lego ex veteri.& te vrbe ac foro toto maximus rumor fuit á Qu. Pompeio in itinere occisum.q̃ lectionẽ nulli nõ probaturum me cõfido. adiuuant enim egregie/quæ de Q. Pompeij calamitatibus subijciuntur.sed & quod Cicero ad Atticũ scribit/Mesallã á Q. Pompeio Ruffo reũ factũ/pro quo ipse dicturus videretur.tres candidati fore rei putãtur/Domitius á Memio/Mesalla á Q. Põpeio Ruffo/Scaurus á Triario aut á L. Cæsare. quid poteris/inquies/pro ijs dicere? ne viuam/ si scio.in illis quidem tribus libris/quos studiose laudas/nihil reperio.& ad Q. fratrem.de ambitu postulati sunt omnes/qui cõsulatũ petunt/ á Memio Domitius/á Q. Curtio bono & erudito adolescẽte Memius/á Q. Pompeio Mesalla/á Triario Scaurus.itẽ. Mesallam iã nostrũ reliquosq; molestia leuatos vehementer gaudeo. vt eo nomine fuerit Q. Pompeius Ciceroni iratus.subrostrarios ea forma dictũ arbitror/quasi subbasilicanos/circũforaneos/nõ ad dignitatis gradum/ut voluit interpres.

Ex Epi.ij.

¶Me reprehensante pronũciatum est) alij habẽt/ me representante. in manuscripto meo exemplari quũ esset scriptũ me presente/ita exterius correctũ erat/vt/me representante / legi debere doceretur. mihi tamen/ si diuinare licet/ cõmodissime scribi videtur/me presente/vel/rem spectante/uel/me rem inspectante. Item ¶ Et me iam ad dolendum

præparassem) aduersatur dolendi hoc loco signifi-
catio gratulandi significationi /nõ gaudendi/ut pu-
tauit interpres. Itẽ ℭ Sed tot bene/vt in totã
vitam quãuis/ satis esset) vide/ne ita recte.sed hoc
tam bene/vt in totam vitam quoiuis satis esset.feré
est aũt/vt rear/Cœliũ semp scripsisse/quoius/quoi-
uis/nõ cuius/nõ cuiuis/vñ mendę plures. Item
ℭ Ego incidi in cõpetitorem nobilem/& ignobilẽ
egentem) nobilem egentem/ quod in alijs est/non
inuenuste dictum / quasi inter egentes egentissimũ.
hic est/ni fallor/de quo ad Trebatiũ scribẽs libro.vij.
Gn.Octauius/inquit/q̃dã summo genere natus ter-
ræ filius.nobilem cõpetitorem dicit Hirrum/quia nõ
dubitasset in auguratu Ciceronis se competitorem
agere/vt in sequẽtibus literis apparebit.ideo & hic
additum.hoc ideo scripsi / quod scio te acriter pro-
pter Hirrum nunciũ nostrorum comitioꝝ expecta-
turum.

Ex Epi.iij.

ℭ Quomodo illum putas auguratus tuũ competi-
torem dolere/& dissimulare/me certiorem q̃ se can
didatum) nugatur interpres finxisse Hirrum Cice-
roni se auguratus competitorem / quũ vere fuerit.
Cœlius nõ multo post.pudeat te ausũ illũ vnq̃ esse/
incedere tanq̃ tuũ competitorẽ.Cicero.tũ quod is/
qui erat iratus cõpetitor tuus & idẽ meus assensus ẽ
ei/qui ornauit res nostras diuinis laudibus.cętera si-
gnificant/Cœlium omniũ opinione futurum ędilem
potiusq̃ Hirrum/ab ipso Hirro egregie dissimulari.
quod haud scio/an interpres perceperit. hoc eni est:

certus cōpetitor/certus candidatus. Cicero ad Atticū. de ijs/qui nunc petunt/Cæsar certus putatur. & Catilina/si iudicatū erit/meridie non lucere/certus erit cōpetitor. tametsi hic certus sit/non q pro certo designandus sit / sed sine dubio petiturus. & ad Q. fratrē. eumq/quod certum cōsulem cū Domitio numeraris/nihil á nostra opinione dissentis. Item ¶ Nam mea/si fio/forsitan cū locupletiore referā) lego. nam me/si fio/forsitan non locupletior referā. vel. nō locupletiorē me referā. uenuste/quasi dicat/ dubio ꝓcul pecuniario mihi dāno erit ædilitas. propter. s. ludorꝫ impēdia. Itē ¶ M. Octauius eorꝫ odia/qui Hirrū premunt/quæ permulta sunt/subleuat) qđ. s. indignior multo omnibus videbatur ędilitate/ꝗ Hirrus. tametsi ne hic quidē valde idoneus ei magistratui haberetur. quod nō arbitror assecutū interpretē. Item ¶ Dedimus operā/vt & Philotinus ꝗhonestissime Miloni absenti eiusq necessarijs satisfaceret) Milo hoc tpe in exilium actus erat propter Clodij cædem /frustra á Cicerone elegantissima oratiōe defensus. Cicero ad Atticū de hoc/ puto/Milonis negocio. Romæ acceperā literas/Milonem meū queri per literas iniuriā meā/quod Philotimus socius esset in bonis suis. Id ego ita fieri volui de C. Duronij sentētia/quē & amicissimū Milonī perspexerā/ & talē uirū/ qualē tu iudicas/cognorā. Eius aūt cōsilium/meūq hoc fuerit. Primū/vt in potestate nostra esset res/ne illū malus emptor alienis mācipijs/quę permulta secū habet/spoliaret. Deinde/vt Faustæ/cui cautū ille esse voluisset/ratū esset. Erat etiā illud/vt ipsi nos/siquid seruati possit/ ꝗ fa

cillime seruaremus. Nūc rem totā perspicias velim. nobis enim scribuntur sæpe maiora. Sed ille querit/ si scribit ad amicos/ si idem Fausta vult. Philotimus/ vt ego ei coràm dixerā/ mihiq; ille receperat/ ne sit inuito Milone in bonis / nihil nobis fuerat tanti. Sin hæc leuiora/ tu iudicabis. Loquere cū Duronio.

Ex Epi. iiij.

¶ Inuideo tibi/ ꝙ multa quotide/ quæ mirer/ isthuc perferūtur) mirere/ melius. ferē. n. absentibus nouæ res domo allatæ maiori/ q̄ ipsis præsentibus/ admirationi sunt. nā & subijcit. illud te nō arbitror miratū. sed & de Lentuli Suræ vultu idem suadet. Item ¶ Sed / vt spero / & volo/ & vt se fert/ ipse bonos senatus mallet totus/ vt nunc est/ hoc scaturit) alij/ bono/ sed senatus. manuscriptū exemplar/ hoc statu erit. vt legi ita forte possit. &/ vt se fert ipse bonis/ & senatus mallet/ toto/ vt nunc est/ hoc statu erit. vel pro/ hoc statu/ magistratu erit. vel. bonos & senatū malet. totus/ vt nunc est/ hoc scaturit. i. vndiq; bonū virū olet/ & Cæsaris aduersarium sapit. vt interpres quoq; agnouit. ne nihil ei assentiamur. Item s ¶ At qua spe/ quā certa opinione / q̄ ipso diffidēte Dolobella) sequor lectionē. tametsi nō desint/ qui/ qua/ pro/ de qua. s. spe interpretati sint insulsissime. Item ¶ Qua in re mihi videtur illud ꝑquāuenuste cecinisse) ꝓbo/ cecidisse. illud aūt significat tentatā à Curione Cæsaris amicitiā. hoc enim profuit Curioni aduersus Cæsaris fautores/ qui se ei alioqui aduersarios obiecissent. de condemnato quid nugetur

interpres nõ intelligo. Item ¶ Prætoris moræ quædam inciderunt) prętorijs/melius/quod plures crearentur. vt cõsularibus/tribunitijs/ædilitijs. ¶ Nam M. Cœlium Vicinianum mentio illa fatua/ quã deriseramus olim/ & promulgatio de dictatore subito deiecit/ & deiectũ magno clamore insequuta est. inde Hirrum cuncti ad nõ faciendum flagitare) mentionẽ illam de dictatore puto esse/ cuius meminit Plutarcus in magno/ quũ tumultuãte ciuitate de dictatore creãdo Pompeio inter quosdã agitatũ sit ꝓmulgatũq; etiã á Lucilio tribuno plebis. ea verba quia in Epistolas ad Trebatiũ libro. vij. retulimus/ nõ est visum inculcare. nam & Cicero pluribus locis ad Atticũ & de interregno & de dictatoris suspitione. cætera quũ aliubi ita sint/ Hirrũ an non faciendũ flagitare/ nullum tamẽ habent sensum/ tametsi diuinari ille magis possit/ quã pro certo cõstitui. significat enim/ quũ is Cœlius repulsam tulisset ob mentionẽ illã dictatoris/ similia propemodũ & de Hirro iactata in vulgus. ideoq; incredibilẽ opinionẽ exortam Cœlium hunc nostrũ dubio procul Hirro præferendũ. quid putarit interpres nõ video. Item ¶ Et statim puto idibus sextilis de ea re factum iri) melius. & statim verba puto &c. nam & in alijs est. & statim/ vt puto. potest & ita. & statim S. C. puto idibus &c. hoc est/ senatusconsultum. tametsi video etiã tertio libro ad Appiũ/ qua de re senatuscõsulto quæ facta sunt/ iam receptũ. quũ habeant tamẽ alia exẽplaria eo loco/ senatuscõsulta. Itẽ ¶ Profecto aut transigetur alquid/ aut turpiter intercedet) seruo scripturam/ quã tamen respuit interpres/ dum

tentabundus/incerttus quo eat/moueri tñ videt. Item ¶ Quid mihi suadeas) nihil muto/nec/ si audeas/ex interpretis sententia admitto. inuit aũt collocutos antẽ vel corã vel ꝑ literas de re ista Alexandrina/cogitasseq̧ Cœlium eo in prouinciã forte aut alterius negocij gratia proficisci. cur enim nõ auderet de re regia ad ciuẽ Ro. scribere Cicero?

Ex Epi. v. sic tu inquis.

¶ Agit cãm liberaliter) in alijs varie. ego ita puto. agit causas liberales. i. ad libertatẽ pertinentes. seruorũ. s. qui se in libertatẽ vindicarent/causas defendit. Itẽ ¶ De prouincijs quod tibi scripserã idibus sextilis actũ iri/interpellat. iudiciũ Marcelli cõsulis designati in cal. reiectum ne frequentiã qdẽ efficere potuerat) diuulsa oratio. vide num ita rectius. de prouinciis quod tibi scripserã idib⁹ sextilis actum iri/interpellat iudiciũ Marcelli cõsulis designati. in cal. reiectum/ne frequentiã quidẽ efficere potuerat. nam Mediolanensis omnino clarius/ita. in cal. reiecta est causa. & reliqua. vt sit causa. s. prouinciarũ interrupta iudicio Marcelli. Itẽ ¶ Ne profugatũ quidẽ quicq̃ esset) alij habent/profligatũ. nõ improbo. Cicero in orõne de ꝓuincijs consularibus. ã quo profligata sunt/cõfici velle. Item s ¶ Quã ue cõtentionis quidẽ minimæ fuerit) quã ne/melius. Item ¶ Et Cybiratas accersieris) nõ pantheras/ut interpres/sed homines/qui pantheras capiant. Item ¶ Pompeius tuus aperte Cæsarẽ/ & ꝓuinciã tenere cũ exercitu/& cõsul ipse tamẽ hãc sententiã

dixit) quid/ si legas?Pompeius tuus aperte/Cæsar & prouinciam tenere cũ exercitu / & cõsul?quasi id admiretur Pompeius. inde.ipse tamẽ hãc sententiã dixit.vt aliud domi atq̃ i foro aliud in senatu & rogatus dixerit. nã alioq egregius simulator semp est habitus Pompeius.Cœlius supra de Pompeio. Tũ/ si Pompeiũ/vt volebas/offendisti/ qui tibi visus sit/ & quã orationem habuerit tecum/quãq̃; ostenderit voluntatem (solet enim aliud sentire/& loqui/neq̃ tantũ valere ingenio/vt nõ appareat/quid cupiat) fac mihi perscribas.& Cicero ad Atticũ pluribus locis.sanè subdubito/recte ne superiori Epistolæ cõmendatio Fœtidiana adnexaq̃; ei cõiuncta sint.

Ex Epi.vj.qua tu cura.

¶ Et quãtũ gloriæ triũphoq̃; opus esset)q̃/vacare videtur. Itẽ ¶ Sed omnia desiderãtur ab eo) eo/ptinet illuc / qui publico negocio p̃positus sit.i. imperatore aut procõsule.cętera per interpositionẽ legenda.nõ autẽ exercitũ significat. Itẽ ¶ Nostri enim hæc translatitia) nõ/vt interpres/ficta/ sed vsitata iam & ferè solẽnia.vt/quũ dicimus/ trãslatitium edictum.i.ab omnib⁹ edici solitum. Item ¶ Deinde alius existet/q/nisi libere liceat de omnibus p̄uincijs decernere senatui/reliquas impediat) reliquas/Gallias præcipue cõtinet/cõtra quã putauit interpres. hoc.n.dicit.si de successione Galliaꝝ referetur/alius tribunus aperte intercedet/nec q̃d q̃ cõstitui patietur.alius / simulata causa æquitatis.ita constitui de Gallijs sinet/si de alijs quoq̃; prouincijs

successionibusq; decernatur/de Gallijs solis nequaq̃ agi velit. atq; ita propter Gallicam oẽs successiones impediat. erat hæc maxima cõtrouersia/qđ ita succedi Cæsari videbant passuri fautores eius/si Pompeius quoq; exercitum prouinciãq; dimitteret. Plutarcus autor ĩ Põpeio/Cæsare/Catone/Cicerone. Appianusq; & alij reꝝ eius tẽporis scriptores.

Itẽ ℭ Hoc sic p̃terito anno Curio tribunus & eadẽ actio de prouincijs introiuit/vt q̃facile nunc sit oĩa impedire) &c̃. corruptus locus/neq; ab interprete/ vt plæriq; alij/perceptus expositus ue. ego ita legerim. hoc si præterito anno Curio tribunus & eadem actio de prouincijs introierit/quã facile tunc sit oĩa impedire. &c̃. neq; enim præterito anno Curio aut tribunus fuerat/aut verbũ de istis ꝓuincijs fecerat/ qui ne Romæ quidẽ forte fuerit/aut/ si fuerit/nullũ certe magistratum gesserit. est igitur sensus. si prætęrito hoc anno/qui nunc est/Curio tribunus designatus/quise totum cõtra Cæsarẽ parat/nec quidq̃ agi præter Gallicã successionẽ passurus videtur/ tribunatum ingressus fuerit (erat enim iam designatus) & idem fuerit de prouincijs agitatũ/te nõ fallit/quã facile tũc omnia possint impediri/& in omnibus Cilica tua successio/quãq; id Cæsari/qui præ suo cõmodo perire imperiũ siturus sit/ quiq; egregios sibi pararit intercessores/vtile sit futurũ. pro/superet/qui/ suppetat/ legat/optime/ puto/consuluerit isti loco. ego ita quidẽ scribo/ quãuis aliter & Aldinis & Mediolanensibus exemplaribus esse non ignorem.

Item s̃ ℭ Sanè tãquã in quadam silice iam omnia adhæserunt) probabilior Mediolanensis lectio.

ſanè tanq̃ ui quadam in Cilicia omnia adhæſetunt.

Ex Epi. vij. quã cito.

¶ Cornificius adoleſcens Oreſtillæ filiũ ſibi deſpõdit) filiam/probo legi/quod iam video receptum. nã ille interpretis ſenſus abſurdus. Itẽ ¶ Nondum retuleras) retulerat/alij habent codices. pbo. interpres garrit. tu vide/num hoc dicat/vel/nõdũ renſciarat matrimonio Triarij/eaq́/quæ fieri ex legibus oportet/fecerat. vel/nõdũ ſuas res ab eo abſtulerat. q ea verba ſolẽnia in diuortijs fuerunt/res tuas tibi habeto/res tuas tibi agito. autor Cicero/Caius iuriſcõſultus/Martialis/alij.

Ex Epi. viij. & ſi de Rep.

¶ Quod is in cauſa M. Tucciũ accuſatorẽ ſuũ poſt ludos Ro. reum lege Plocia de ui fecit) lego. quid/ais/in cauſa? frequẽs enim Cœlio his interrogatorijs inductionib⁹ vti. nam & alioq/quæris an cauſa/quæris in cauſa/aliubi/vt melius/ita nõ omnino integre legitur. Item ¶ Queẽadmodum tibi pro beneficio dederit/ſi quod iniurijs ſuis eſſet/qđ Neſtorius teneretur) forte/vel/in vijs ſuis/vel/in prædijs ſuis. vel/iuribus. vel/ruribus/teneret/certe retineo/vt in alijs eſt præter Aldinos. Item ¶ M. Seruilius/poſtq̃ incœperat/omnibus in rebus turbarat/nequid non venderet. cuiq̃ relinqueret/) puto melius. M. Seruilius/poſtq̃/vt cœperat/omnibus in rebus turbarat/nec/quod nõ venderet/ quidq̃ reli-

querat.itaq; habere Mediolanēses postea animad-uertimus. Itē ¶ Maximeq; nobis traditus erat inuidię) lego.maximaq; nobis tradit⁹ erat inuidia.i. quū iam omnibus esset odio.idē paulopost.non du-bito / quin perlatū ad te sit Appiū a Dolobella reū factum/sane nō ea/quā existimaueram/inuidia. Item ¶ Neq; Laterenseis prætore postulante Pau-sania nobis patronis/quo ea pecunia puenisset/reci pere voluit.qd' Pylius necessarius Attici nostri) &c. cōiunctim cū superioribus scribēda/ vt sit ordo sensi. magna illico fama surrexit/postq̄ M. Seruilius &c. vt tñ iudicij istius relatio inde incohetur/hæc quoq; magna nunc contentio foꝝ tenet.nam ea uerba ad Seruilij iudicium non Tuccij pertinent/cuius accu-satorē ante calūniam tulisse dixit. Pyliū uero iccirco Attici necessariū/ ꝙ Atticus Pyliam vxorē haberet/ vt i Epistolis Ciceronis ad eū sæpe legitur.sanè hic/ Laterensi/repono/ꝙ is hoc iudicio p̄tor esset/infra/ Laterensis/inquit/leges ignorans/pronūciauit/&c. vel Laterensis p̄tor.Pausania uero is erat/quē accu satū de repetūdis a Pylio dicit.quū enim quis repe-tundarum accusaretur/nō modo ipse/sed is etiā/ad quē ea pecunia puenerat/tenebatur.qd' quomodo fieret/malo Ciceronis quā meis uerbis ostēdere/ne meā quandā doctrinā nullo autore mihi uidear fin-gere.igitur in oratiōe pro Rabirio/qui eo noīe reus erat/ꝙ pecunia per Gabiniū cōpilata ad eum per-uenisset/ait.est enim/inquit/hæc causa/quo ea pecu nia peruenerit / quasi quædā appendicula causæ iu-dicatę atq; damnatę/ sunt lites estimatę A.Gabīnio/ nec prędes dati/nec ex bonis eius potest seruari,lex

æqua est. Iubet lex Iulia pſequi ab ijs/ad quos ea pecunia/quã is cœperit/qui damnatus sit/peruenerit. si est hoc nouũ in lege Iulia/sicuti multa sunt Seuerius scripta/quã in antiquis legibus/& sanctius iudicata/sanè etiam consuetudo huius generis iudicioꝝ noua sit. hoc totidẽ verbis translatũ caput est/quod fuit nõmodo in Cornelia/sed etiã ante in lege Seruilia. per deos immortales quid agimus iudices? aut quẽ hunc morem nouoꝝ iudicioꝝ in Remp. inducimus? erat enim hæc cõsuetudo/ nota vobis quidem omnibus. sed/ si vsus magister est optimus/mihi debet esse notissimus. accusaui de pecunijs repetũdis/ Iudex sedi/Prætor quæsiui/defendi plurimos/nulla pars/quæ aliquã facultatem dicendi afferre posset/ nõ mea fuit. ita cõtendo/neminem vnq̃/quo ea pecunia peruenisset/causam dixisse/ qui in æstimandis litibus appellatus nõ esset. in litibus autẽ nemo appellabatur/nisi ex testium dictis/aut tabulis priuatorum/aut rationibus ciuitatũ. Itaq; in inferendis litibus/adesse solebãt/qui aliquid de se verebãtur/&/ cũ erant appellati/ si videbatur/ statim cõtradicere solebant. sin eius temporis recentem inuidiam pertimuerant/respondebant postea. quod cũ fecissent/ permulti sæpe vicerunt. hęc Cicero. igitur aut repetundarum reus Pausanla noluerat/quo ea pecunia peruenisset/ prædes dare/aut prætor eos recipere. quo quasi præiudicio Seruilius prædamnatus existimabatur. Itẽ ❨Nũc quomõ dare necesse est❩ quãdo/in alijs melius. cætera ad hanc Epistolã pertinentia subditumq; senatuscõsultũ/quod temere in aliã Epistolã diuulsum est/in Decuriã cõtulimus.

Ex Epi.ix.Saneq̃ literis.

❡Cuiusmodi putas hoc esse?) scribo/hos esse.qđ præterissem/si nõ omnia exemplaria in eam mendã veluti cõspirassent. Item ❡Aut tũ erit/vt vos aut successores/paruis additis copijs/sustinere possint) melius forte/aut tantũ erit.nisi vero ad tẽporis opportunitatẽ anniq; referas.scimus autẽ/tantũ/ita scriptum/tñ/quã in/tum/facile defluat. Itẽ ❡Ne aut velificatus alicui dicaris)bellificatus/alibi. significat blanditus & gratificatus. vtitur verbo (quod adhuc animaduerterim) Florus/de Valerio Publicola loquens.domus.n.suæ ruina (si satis memini) velificatũ eũ plebi ait. In eadẽ ❡Tamẽ ita frigide agunt/vt nolle existimentur nobis.magistratibus autẽ si Parthicũ bellum erit/hęc causa primos menses occupauit) indistincta lectio.lego.nouis magistratibus autẽ/ si Parthicũ bellum erit.&c̃. ut Manutiani.hoc est.initio futuri anni.interpres.n. hallucinatur. si quis / nobis magistratibus.i.quũ nos erimus magistratus/hoc est futuro anno (nam designatũ ante ædilẽ scimus) acriter tueatur/pace mea faciet/nõ etiam sententia. Item ❡Illud addo ad actiones C.Curionis de agro Cãpano)aut/ad/ abundat.aut ita distinguendũ/vt post Curionis uerbum paulisper subsistatur. idipsum est/quod addi á se ait.

Ex Epi.x.nõ dubito.

❡Quo facto retulit sermones) retudit sermones/ quod supra/repressit/ dixerat/ scribo, leuis omnino

menda/ si non omnibus exemplaribus peruulgata, adeo etiã interdũ in leuissimis grauissimi quoq; alioqui homines falluntur. Itẽ ⸿ Si ad illã summã seueritatẽ legitimũ ius exegeris) nõ est ius reconciliatiõis/vt voluit Clericus. sed hoc dicit. si denegaris intercedere pro Appio hac ratione/ quod nolis ius ac iudicium impedire / sed pati/vt de causa eius ius decernat/quod etiam in amicissimo nõ improbe fieri potest. Itẽ ⸿ Deniq; inuidiosum tibi erit/ si emanarit) inuidiosum/odiosum/quodq; tibi inuidiam cõflet/quia. s. videberis/ut subleuares accusationẽ Dolobellę/hoc tẽpore eum tibi affinitate iunxisse/non/ut interpres/carũ. Item ⸿ Si Parthi nos nihil afficiũt/nos nihil frigore frigescimus) Manutius/si Parthi uos nihil calfaciũt/nos nihil frigore frigescimus. quod ad priorẽ clausulam attinet/recte. nos posteriorẽ ita. nos hic frigore frigescimus. interpres quidẽ perbelle nugatur. quis enim ineptius exposuerit ea verba? potuit sine Parthis. ꝙ hic. est aũt sensus venustus. i. quãuis oĩa iaceant/non magnope tamẽ Parthos desiderabamus/qui nos ita calefacerent. habet autẽ oratio irrisionis nescio quid vel potius ridiculæ indignationis. quod initio est in Manutianis/quin perlatũ ã te sit/ad te/scribi oportere /ut in aliijs/ nõ dubitamus. Itẽ ⸿ Et Hercule cõsepta omnia fœda & inhonesta sunt) vide/nũ illa melior lectio/quæ est in manuscripto. & Hercule cõscripta omnia fœdera inhonesta sunt. quid/ si pro/oĩa/ omnino? nã interpretis lectio sensusq; nõ placet. Item ⸿ Legemq; viariã nõ dissimilẽ agrariæ Rulli/ & alimentariam/quas iubet ædiles metiri/iactauit)

vide/ne cõuerſus ordo trãſpoſitaq; verba ſint/ atq; ita legi oporteat. legemq; viariã/quas iubet ædiles metiri/& alimentariã nõ diſſimilẽ agrariç Rulli. &c. nam Clericus alioqui delirat. Item ℂ Leuiſſime enim/qa de intercalãdo nõ obtinuerat/ tranſfugit ad populũ) nihil equidẽ muto. Appianus tamẽ/ quũ ære alieno liberatum per Cæſarẽ Curionẽ dixiſſet/quod & Plutarcus affirmat/vt mutationis honeſtã aliquã cauſam prætẽderet/ petiſſe inquit difficiles quaſdã itinerũ fabricationes apparatuſq;/eiuſq; muneris præfectum ſe in quinquennium fieri poſtulaſſe/ ſatis gnarum nihil horũ impetrari poſſe/verũ Pompeij amicis ſibi aduerſantibus hanc ſe cauſam cõtra Pompeiũ mutatç voluntatis habiturum. quod & factum eſt. ſanè intercalatio neſcio qd habuit cũ iudicijs negocij. ſupra ad Mariũ. nos hic multitudine & celebritate iudiciorũ & nouis legibus ita diſtinemur/vt quotidie vota faciamus/ne intercaletur/vt qprimũ te videre poſſimus. ſed & ad Atticũ & Q. fratrem. legem Viariam id eſſe arbitramur/ quod modo ex Appiano retulimus.

Ex Epi. xj. nõ diu.

ℂ Nam Curio tui cupidiſſimus/cui omnibus rationibus comitiales eripiebanẽ/negabat/ſe vllo modo pati poſſe/decerni ſupplicationes/ne/ ſi qd furore Pauli adeptus eẽt boni/ſua culpa videreẽ amiſiſſe) quid/ ſi legas? ne/ ſiquid fauore Pauli adeptus eſſes boni/ſua culpa videretur amiſiſſe. quũ enim conſtituiſſet Curio tribunus/neqd ageretur publice in ſe

natu/diebus iam comitialibus instantibus/qbus optabat cum populo agere/nolebat intercessioni suæ hac Ciceronis causa præiudicium fieri. senatus enim per legem Pupiã haberi comitialibus diebus nõ poterat. quod pluribus locis ostendit Cicero. Itẽ ¶ Nam Marcellus quidẽ sic respõdit ei) .s. Curioni melius quã Paulo/ quæ responsio incitare potius ad impediẽdas eas Curionẽ poterat/quã dehortari. Itẽ ¶ Paulus se omnino in hunc annũ nõ dicturũ) puto hoc dici. se omnino/quãuis decretæ essent supplicationes/nõ tamẽ cõstituturum/vt toto eo anno haberẽtur. quod sequitur/Hircium diutius dicturũ/ simpliciter accipio. i. loquuturũ. vt/ edicturum/Aldi valde arrideat. Item ¶ Deerãt quidẽ/qui inique transigi volebant) vide/ legi ne possit. nec deerant quidẽ/qui neq; transigi volebant. vel/nec deerãt quidã. Item ¶ Quibus hac re ad intercessionem euocandam interpellantibus venustissime Curio respondit/se eo libentius non intercedere/q; quosdã/qui decernerẽt/videret cõfici nolle) quid/ si legatur: quibus hac re ad intercessionẽ reuocandã interpellantibus/vel/euacuandã. fuit &/quũ negationẽ intercedendi verbo appositã confodi omnino cõtenderim/quod iam mihi quoq; ipsi displicet. hoc autẽ dicit Cœlius. quosdã vehementius institisse/vt decerneretur Ciceroni supplicatio/ non Ciceronis ipsius causa/cui quidẽ decretũ non cuperent/sed vt hoc veluti præiudicio pateretur Curio intercessionẽ suã illam/qua comitialibus dieb⁹ nihil in senatu referri aut agi vellet/eleuari. qbus venuste Curio respondit/eo se libentius non intercedere/quo minus

decernerẽtur Ciceroni ſupplicationes/quod vide‑
ret quoſdã/q Ciceroni fauere ſe fingerẽt/nec tamẽ
decerni ei ſupplicatiões vellent.id enim eſt/quod ſu
pra dixit/cui omnibus rationibus comitiales eripie‑
bãtur.volebat enim agere cũ populo/puto vt Cæ‑
ſaris abſentis ratio haberet. ſenatus contra vel ipſis
comitialibus diebus de prouincijs agi in ſenatu ni‑
tebatur / vti Cæſar citius ex prouincia decederet.
inde verebat Curio/ne ſupplicationes iſtæ decretæ
cõplures dies comitiales auferrent.ideoq; pactum/
ne in eum annum haberẽtur/tametſi decretæ á ſe‑
natu eſſent.itaq; & Ciceroni & Curioni pſpectũ ẽ.
ſignificat de comitialibus cõtentionẽ fuiſſe ſenatuſ‑
conſultum/quod ſupra eſt.in quo erat/vtiq; eius rei
cauſa per dies comitiales ſenatum haberent.de eri‑
piendis ſiue eximendis comitialibus diebus tribuno
plebis Cicero ad Q.fratrẽ.itaq; Cato/inquit/con‑
cionatus eſt/ſe comitia haberi non ſiturum/ſi ſibi cũ
populo dies agẽdi eſſent exẽpti.erãt aũt/vt Cicero
nis verbis vtar in oratiõe pro P. Seſtio/comitia alia
legum/alia magiſtratuũ.hic de magiſtratuũ comitijs
intelligit/quũ ait/ſe comitia haberi nõ ſiturũ.certe/
ſiqd/nõ/ſi quod/ſcribi debet/in quo miror á Manu‑
tio tã frequenter peccatũ.quid/ſi rurſus ſcribamus?
furore Pauli ademptũ eſſet boni. nam Curio iã pro
Cæſare loquebatur. Pauluſq; hic/vt ait Plutarcus/
mille quingentis talentis in Cæſaris gratiã ſententiã
mutauerat.ut appellet furorẽ hoc ipſum/quod/quũ
acerrime pro Cæſare ſentiret/nõ dubitaret tamen/
referre de ſupplicationibꝰ Ciceronis cũ magno di‑
ſcrimine comitialiũ dierum amittendorum.ſed hoc

quidem duriusculum existimo. propono tamẽ/ne/si quãdo cui placeat/cõfirmari ue possit/mente excesserit. potest &/euocandã / supra reseruari. vt intercessionem intelligas harũ Ciceronis supplicationũ decretarũ/eodem in cæteris ferè sensu/ nisi ꝙ/acre/ cõmodius legeris/si ita recipis. vt sit. acre ad intercessionem euocandã interpellantibus. de comitialibus diebus. s. legum Cicero ad Q. fratrem. cõsul/ inquit/ est egregius Lentulus/ non impediente collega /sic/inquã/bonus/vt meliorẽ non uiderim. dies comitiales exemit omnes. nam etiam latinæ instaurantur/nec tamẽ deerant supplicationes. sic legibus pniciosissimis obsistitur/ maxime Catonis. &/id qđ supra quoqꝫ retulimus. Cato concionatus est/comitia haberi nõ siturum/si sibi cũ populo dies agendi essent exempti. item. de Cõmageno rege/ quod rẽ discusserã / mirifice mihi & per se & per Pomponiũ blanditur Appius. videt enim/hoc genere dicendi si vtar in cæteris/Februariũ sterilem futurũ. & paulo post. comitialibus diebus/ qui Quirinalia sequũtur/ Appius interpretatur nõ impediri se lege Puppia/ quo minus habeat senatũ. &/ quod Gabinia sanctũ sit/etiã cogi. ex cal. Febr. vsqꝫ ad cal. Martias legatis senatũ quotidie dari. ita putãtur detrudi comitia in mensem Martiũ. sed tamen his comitialibus tribuni plebis de Gabinio se acturos esse dicunt. magistratuũ vero comitia circa Iuniũ mensem habebantur. vt tamẽ interdum in dies vel in decembrẽ mensem differrẽtur Cicero ad Q. fratrẽ. ad. iiij. Nonarũ Iun. quo die Romã veni/accepi tuas literas datas Placẽtiæ. in eadem Epistola. ambitus redit immanis. nũꝗ

fuit par, qui ne tantus fuit ex coitione Mēmij / q̄ cū Domitio habuit Scaurus/ vnū vincere Messallā fieret, nō dico ,vel sestertiū centies cōstituūt in prærogatiua pronunciare. res ardet inuidia. Tribunitij candidati cōpromisserunt/sesterē. cccc. in singulos apud M. Catonē depositis/ petere ei⁹ arbitratu/ vt/qui cōtra fecisset/ab eo cōdēnaretur. quæ quidē comitia gratuita si fuerint/vt putantur/ plus vnus Cato fuerit/ q̄ oēs leges omnesq; iudices. quū á me literas librarij manu acceperis / paulum ocij me habuisse iudicato/quū autem mea/multū. sic enim habeto/nunq̄ me á causis & iudicijs districtiorē fuisse/ atq; id anni tēpore grauissimo & calorib⁹ maximis. Ibidem. comitia in mensem septembrē reiecta sunt. & Epistola sequēti. quod scribis/te audisse/in candidatorū cōsulariū coitiōe me interfuisse/id falsum est. eiusmodi enim pactione in ea coitione factæ / quas postea Mēmius patefecit/vt nemo bonus interesse debuerit. & simul mihi cōmittendum nō fuit/vt his coitionibus interessem/quibus Messalla excluderet. cui quidē vehementer satisfacio rebus omnibus. vt arbitror/etiā Mēmio. Domitio ipsi multa iam feci/ quæ voluit/quęq; á me petiuit. Scaurum bñficio defensionis valde obligaui. adhuc erat valde incertū/ & quando comitia/& qui cōsules futuri essent. in eadem. ex Britānia Cæsar ad me cal. Septēb. dedit literas/quas ego accepi ad. iiij. cal. Octob. & sequēti. ad. vj. Iduū Octob. Saluius ostiam vesperi naui profectus erat cū his rebus/quas tibi domo mitti volueras. eodē die Gabiniū ad populū luculente calefecerat Mēmius/ sic/vt Callidio verbū facere pro eo

nō licuerit. postridie aūt eius diei/qui erat tum futu-
rus/quū hæc scribebā ante lucē/apud Catonē erat
diuinatio in Gabiniū futura. in eadē. de ambitu po-
stulati sunt omnes/qui cōsulatum petunt/ á Mēmio
Domitius/á Q. Curtio bono & erudito adolescēte
Memmius/á Q. Pompeio Messalla/á Triario Scau
rus. magna res in motu est/propterea/ quod aut ho
minū/aut legum interitus ostenditur. Opera datur/
vt iudicia ne fiant. Res videtur spectare ad interre-
gnum. Coss. comitia habere cupiunt/rei nolunt/&
maxime Mēmius/ꝙ Cæsaris aduentu sperat se futu
rum cōsulem/sed mirū in modū tacet. Domitius cū
Messalla certus esse videbatur. Scaurus refrixerat.
& in sequentibus omnibus comitiorꝫ eorꝫ meminit.
deniqꝫ in postremis sic est. Serrani domestici filij fu-
nus pluctuosum fuit. ad. iiij. cal. Decēbr. laudauit pa
ter scripto meo. & in ei sdē. in Repub. scio quā sollici
tus esse soleas. video Messallam nostrū cōsulem/si ꝑ
interregē/sine iudicio. si per dictatorē/tamē sine pe
riculo. de comitijs cōsularibꝰ eiusdē anni ad Atticū.
ad. iij. Nonarꝫ Quintil. Suffennas & Cato absoluti.
& infra. redij Romā Fontei causa ad. vij. Id. Quītil.
& mox. sequere nunc me in campū. ardet ambitus.
fœnus ex triente Id. Quintil. factum erat bessibus.
dices/istud quidē nō moleste fero. O virū/O ciuem
Mēmiū. Cæsaris oēs opes cōfirmant. cū eo Domitiū
cōsulem iunxerūt/qua pactione Epistolæ cōmittere
non audeo. Pōpeius fremit. queritur. Scauro studet.
sed vtrū fronte an mente dubitat. in nullo est.
pecunia omnium dignitatem exequat. Messalla lan-
guet/nō quo animus desit/aut amicis careat/sed co

tio consulis & Pompeius absunt. ex comitiatis puto fore ut ducantur tribunitij. candidati iurarunt/se arbitrio Catonis petituros. apud eũ sestertia qngena deposuerũt/vt/qui á Catone dãnatus esset/id perderet/& cõpetitoribus tribueretur. hæc ego pridie scribebã/q̃ comitia fore putabãtur. sed ad te. v. cal. Sextil. si facta erunt/& tabellarius non erit ꝓfectus/ tota comitia perscribã. & trib⁹ subditis Epistolis / libro. s. quarto. qn & primo. crebras expectatiões nobis tui cõmoues. nuper quidẽ. quũ te iam aduentare arbitraremur/repẽte abs te in mensem Quintilẽ reiecti sumus. nunc vero sentio/ quod cõmodo tuo facere poteris/venias ad id tẽpus/quod scribis. obieris Q. fratris comitia. nos longo interuallo viseris/ ac Vpilianã cõtrouersiã transegeris. sed & Cœlius/ qui primis literis ad Ciceronẽ nihil de comitijs perscripserat (quippe quas ante cal. Iunias dederat/vt inde colligas/prgterea Marcellus quidẽ adhuc nihil retulit de successiõe prouinciaꝶ Galliaꝶ/in cal. Iunias/vt mihi ipse dixit/eã distulit relationẽ. & inde te ad. ix. cal. Iuñ. subrostrarij/quod illoꝶ capiti sit/ dissiparant perijsse) secũdis/de comitijs/inquit/cõsularib⁹ incertissima est existimatio. ego incidi in cõpetitorẽ nobilẽ & nobilem egentẽ. nã M. Octauius Gn. filius & C. Hirrus mecũ petit. sed & in tertijs de comitijs nõ nihil. quartis vero. C. Marcellũ cõsulem factũ. M. Claudiũ á repulsa postularũ á Gallis duobus. P. Dolobellã quindecẽuirũ factum. hoc tibi nõ inuideo/caruisse te pulcherrimo spectaculo/& Lentuli Suræ repulsi vultum nõ vidisse. & infra. has ego tibi literas eo maiore nisi interuallo/ꝙ comitioꝶ di-

lationes occupatiorẽ me habebãt/ & expectare in dies exitũ cogebãt/ vt cõfectis omnibus te facerem certiorẽ. ad cal. Sestil. vsq; expectaui. prętorijs morę quædã inciderũt. mea porro comitia quẽ euentum sint habitura/ nescio. opinionẽ qdẽ / quod ad Hirrũ attinet/ incredibilẽ æd. pl. comitijs nacta sunt. nã M. Cœlium Vicinianũ mẽtio illa fatua/ q̃ deriseramus olim/ & promulgatio de dictatore subito deiecit/ & deiectum magno clamore insecuta est. inde Hirrum cuncti ad nõ faciendum flagitare. spero te celeriter & de nobis/ quod sperasti/ & de illo/ quod vix sperare ausus es/ auditurũ. quin & his/ quas nos quintas numerauimus/ quũ esset iam ædilis designatus/ has literas/ inquit/ ad. iiij. Nõ. Septẽb. dedi. & supra. sic tu/ inquis/ Hirrũ tractasti? Tam multa pter institutũ cõgessimus/ qđ eruditos alioqui viros aliquot senserã in ea re nõ nihil hærere propter. s. istã nõ infrequentem comitialiũ dierũ/ quos ex Cicerone legum nuncupamus/ quę in Ianuarium mensem incidebãt/ mentionẽ/ & q multa etiã in Cicerone atq; alijs autoribus loca ad eã rem pertinentia mendose scripta sunt. vt aliquando cogitẽ de tota comitiorũ ratiõe/ quæ multos habet scrupulos/ libellũ cõscribere. nisi quis mihi nõ tam gloriã/ q̃ ego non sequor/ q̃ laborẽ cessanti pripiat.

Ex Epi. xij. gratulor tibi.

¶Velles C. Curionem nostrũ lautũ intercessionis de prouincijs exitum habuisse) planẽ accipio/ nõ/ ut Clerico placet/ ironicos. hocq; illud forte est/ quod ita scribit Plutarcus in magni vita. quũ consul Mar-

cellus prædonẽ appellaret Cæſarẽ/iuberetq; eum á ſenatu hoſtẽ iudicari/ni arma ponat/Curio/comite Antonio ac Piſone/ſenatũ redarguere ſtatuit.iuſſit enim eos/qui cenſerent Cæſarem tñ arma ponere/ Pompeiũq; in magiſtratu eſſe/ è loco tráſſerri.& maior eoꝝ numerus in alterã curiæ partẽ tráſlatus eſt. poſt autẽ/ quũ iuſſiſſet transferri eos/ qui cenſerent ambos ab armis ammouendos/ nulloq; eſſe in magiſtratu/pro Pompeio duo & viginti tñ ſenſere/Curioni vero omnes hæſiſſe viſi. ex quo hic veluti victor ſplendidus lętuſq; ad plebẽ prouectus eſt/ atq; ab ea cũ plauſu iniectuq; ſertoꝝ florũq; ſuſcept⁹.vides/autem melius arbitror legi hoc quidẽ ſenſu/quẽ ſupra ſcripſimus/quã/velles.vides enim dixit/quaſi ꝑdictæ rei euentu lętus iactabũduſq;.ſcripſerat autẽ ſupiori Epiſtola.hoc tibi dico/ſi omnibus rebus prement Curionẽ/Cæſar defendetur.intercefforẽ ſi/ quod videtur/reformidarint/ Cæſar/ quoad volet/ manebit. Itẽ ❡ Tranſierant illuc/vt nec ratio eſſet eius habẽda/qui neq; exercitũ neq; prouincias traderet)ferẽ eſt/vt abundare negationem rear ex his/quæ ſequuntur.quẽ ſenſum Mediolanenſis etiã impreſſio præfert/ſi nõ verba.tranſierant autẽ/non rei/vt interpres/ſed ſenatores.

Ex Epi.xiij.pudet me.

❡ Poſteaq̃ vero cõperi eũ collegiũ tentaſſe / deinde aperte cũ quibuſdam loquutũ/cũ L.Domitio/vt nunc eſt/mihi inimiciſſimo homine deliberare velle hoc munuſculũ deferre/Gn.Pompeio tũ ipſum re-

prehendentē/vt ab eo deprecaret iniuriā/quē vitā mihi debere putarē/ impetrare nō potui) interpres videtur ineptius scriptū habuisse/ quod mihi vitam deberet/putaram/ impetrare nō potui. ego præter hæc arbitror/cū/abundare/scribēdūq;/L.Domitio/ vt nunc est mihi inimicissimo homini deliberare hoc munusculum deferre.i.ad accusationē impingere.sic supra.nemini hoc deferre munusculū maluit/ q̄ suo accusatori.i.accusare.vt nūc est/significat/hoc tem pore/ hoc statu rerum.quasi ostēdat/ nisi resistatur/ inimicitiorē futurum sibi Appium/non vt interpres fallitur. Item ℭ Tum quidē aliquot amicis/qui testes erant meoꝝ in illum meritoꝝ/loquutus sum) alibi/ tamē quasi aliquot. &c̄. vide num sic.tandem cū aliquot.&c̄. Item ℭ Posteaq̄ illū/ ne cui satisfaceret quidē me dignū habere sensi) quid/si cōtra: posteaq̄ illum/ne qui sibi satisfacerem quidē/me dignum habere sensi.vel/qui ei.nam in alijs erat/ne quo is satisfaceret.&c̄. hoc enim dicit. ita se despectum ab Appio/vt ne purgari qdē apud se Appius voluerit/ ostēdiq;/ nihil esse/ cur tā acriter Cœlium insectaretur.interpres vero in eodē/ quo solet/luto hęret. Item ℭ Scis Domitio diem timori esse) diem possumus comitioꝝ accipere/quasi iā tū prævideret/si repulsam tulisset/quantos esset risus excitaturus.interpres nihili/ vt assolet/quid loquatur/pendit/ vt apparet in sequentibus literis.

Ex Epi.xiiij.tanti nō fuit.

ℭ Nam Gn. Saturninū adolescentē ipse Gn. Do-

midus reum fecit) L. hunc Domitium superiori Epistola vocat. de eodem. n. hęc intelligo/qui sit Aenobarbus etiā dictus. petijtq;/vt arbitror/auguratū cū M. Antonio. nam alioqui de pōtificatu quoq; Cęsaris etiam tum viui imperatorisq; cū Spinthere Scipioneq; altercatus est in castris. autor Plutarcus. nisi vero id probes/quod mihi omnino nō improbatur. vt/adolescens ipse Gn. Domitius/malis scribere/filiumq; L. Aenobarbi intelligere/qui patris impulsu Saturninum accusauerit. Cicero Philippica. ij. Gn. Domitium/inquit de interfectoribus Cæsaris ironicos/non patris interitus clarissimi viri/non auunculi mors/nō spoliatio dignitatis ad recuperandam/sed mea autoritas excitauit. Appianus quoq; tradit L. Domitium Aenobarbum in Pharsalica pugna occisum. Cicero addit ab Antonio. deniq; Luciū Liuius/Appianus/Cicero/cæteri omnes Aenobarbū nominant. vt uerisimilius sit á iuuene accusatū suadet etiā Romana vetus cōsuetudo/de qua Cicero quoq; in officioꝝ libris. Itē ℭ Persuasum est ei censurā lomentū aut vitrum esse) loramentū insulsissime tā legit/q̄ exponit interpres. lomento vsum tradit Plinius in pictura/ex ceruleo fieri/candidiusq; esse/libro. xxxiij. cap. xiij. verba eius apponā/si forte illustrare tenebricosum locum possint. ex ceruleo fit/inquit/quod vocatur lomentum. perficitur id lauando terendo ue. & hoc est ceruleo candidius. idē de vitro. ex palude candabra/inquit/creditur nasci belus amnis/quinq; milliū passuū spatio/in mare profluēs iuxta Ptolemaidem coloniā. lentus hic currit/insalubris potu/sed cerimonijs sacer/limosus/vado pro

fundus/nõ nisi refu[r]o mari arenas fatetur. Fluctibus enim volutatæ nitescunt. tunc etenim marino cre-duntur astringi morsu/nõ prius vtiles/qngentorũ est passuum/nõ amplius/littoris spatium. idq; tñ multa per sęcula gignendo fuit vitro. Itẽ ℭ Nam for-descit vere vultu / & venas sibi oẽs & viscera apit) ita reponit interpres/nullo sensu. ego puto ita re-ctius. nã/dum sordes eluere vult/venas sibi omnes & uiscera aperit. sordes eluere Cicero quoq; dixit in Antoniũ. vt enim quisq; sordidissimus videbitur/ ita libẽtissime seueritate iudicãdi sordes suas eluet.

Ex Epi. xv. e equãdo tu.

ℭ Nũc tibi nostri milites/qui durissimis/& frigidissi mis locis teterrima hyeme bellum ambulando con-fecerunt/malis orbiculatis esse pasti videntur) me-lius. nũ tibi. vt totũ interrogatiue legas. de malis or-biculatis Varro in libris rei rusticę. Itẽ ℭ Quid iam quis[?] gloriose omnia/si scias q̃ sollicitus sum/tũ hanc meã gloriam / quæ ad me nihil pertinet/deri-deas.) ita puto integrius. quid [?] iã/inquis/gloriose[?] imo/si scias/&c. vel /omnino/ si scias/&c. interpres/ vt solet/ariolatur. est enim/gloriose/quasi ad glorio sum illum in fabulis militẽ alludat. Item ℭ Nã me quũ expulisset ex Italia/ Pompeium cõstituit ad vrbem vocare/idq; iam existimo cõfectum/nisi ma-luit Pompeium Brũdusij circũsedere.) vide/ne re-ctius. nam me / quũ expulisset ex Italia Pompeium/ cõstituit ad vrbem vocare. idq; iam existimo confe-ctum/nisi maluit Pompeius Brundusij circunsederi.

interpres nugatur de Cœlio circũſedendo Brũdu-
ſij/omnis nõ modo eleganti ę/ſed hiſtoria quoq; im-
peritus.qs enim neſcit/ Pompeiũ ex vrbe ad primũ
Cæſaris motũ profugiſſe Brunduſium? inde appro-
pinquante Cæſare in Epirũ traieciſſe? ex Plutarco/
Lucano/Liuij compendio/Floro/Appiano/cæteris.
eſt igitur ſenſus.cõſtituit Cęſar vocare me in vrbẽ/
quũ expuliſſet Italia Pompeiũ.in quo miror tot tan
toſq; viros cęcutiſſe. Item ❡Sed tum quodnã
ob ſcelus iter mihi neceſſariũ retro ad alpeis verſus
incidit?adeo ꝙ Intemelij in armis ſunt) lege.ideo/
nõ/adeo.&ſi nõ deſunt/ qui illud & probent/ & in-
terpretẽtur/inepte tamẽ. pro/tum/malim/iam/aut
quid huiuſmodi. ſed &/quoddã/melius/quã/quod-
nam. Item ❡Vſquequaq; /inquit /ſe Domitij
male habent) propter Domitiũ Aenobarbũ paulo
ante á Cæſare captũ apud Corphiniũ. autores hi-
ſtoriographi omnes. Item ❡Vellem quidem
verna propugnaturus tm̃ animi habuiſſet in veſtro
Domitio/quãtũ ipſe cathenatus in hoc habuit. Ci-
ceroni F. S. D.) alij pro/verna/Venerem/pro/ha-
buiſſet/habuiſſe.tu uide/nũ ita forte reponi non in-
fœliciſſime poſſit.vellem quidẽ Cæſarẽ propugna-
turũ tantũ auri habuiſſe (vel/ Cæſar propugnatu-
rus habuiſſet) in veſtro Domitio/quãtũ ipſe cathe-
natus (vel/cathenãdus/nã vtrũq; defendi poteſt)
in hoc habuit.ſenſu iam nulli nõ obuio.ꝙ ſupra ait/
á cõtraria factione numis acceptis.ex iiſdẽ hiſtoricis
cõſtat cũ pecunijs & rebus ſuis omnib⁹ Aenobarbũ
á Cæſare abire ſitũ. ſignificat ſanè iam cathenatum
vel cathenandũ illum Demetrij vernã.i.ſeruum li-

bertum ue dominatum/ne videar assentiri Clerico. sanè adiectitia posteriora hæc putarā/nam nec tota in quibusdam erant codicibus.postea tamē conieci/ priusq̄ Manutianos codices inspicerem/ne me interim ista ipse gloriola fraudem/.Ciceroni filio S.D.vt sit/salutē dic.

Ex Epi.xvj.exaiatus sum.

℄Neq;/id quid esset perscripsisti.nō tamen/quale esset/quod cogitares/aperuisti) vel/nō enim quale esset/&c.uel/qd' magis reor/ex annotamento quopiā marginario interlineari ue/ qualia multa in manuscriptis codicibus cōspiciuntur/ea tota clausula in cōtextū irrepsit.quæ tamē/inter Epistolas ad Atticū collocatis/vt á Cicerone ad Atticum eaꝝ exemplo misso/legitur/neq; id/quod esset/pscripsisti/neq; nō tamen/quale esset/quod cogitares/ aperuisti/ haud irrationabiliter. Itē ℄His intercessionibus planè incitatus est) intercessionibus/accipe/ spretis á senatu.nā/quū/vt ait autor Liuiani cōpendij / senatuscōsultū factum esset/vt successor Cæsari omnino mitteretur/M. Antonius & Q. Cassius tribuni plebis/qm̄ intercessionibus id senatuscōsultū impediebant/vrbe pulsi sunt.id vnum fuit/ quod sceleri suo Cæsar s'mp prætenderit/ius.f.publicum violatum/ intercessionem autoritatēq; tribunitiam despectam. autor Appianus/Plutarcus/cęteri/&/q mihi vnus ē pro centum millibus/Cicero Philippica secūda.nō vt interpres.propria enim tribunoꝝ intercessio. Itē ℄Quid offensæ fuerit in ista cunctatiōe te prius subisse) alíubi est/cōtentione/vt forte totū ita legi

possit.in iusta cõtentione te prius subisse.potest &
si/ista/legas/esse sensus.cogita/tibi iampridem/quũ
de pari certaretur/ in mentẽ venisse/quantũ offen-
deres/quantũ ue peccares cõtra Cæsarẽ. in Episto-
larũ quidẽ ad Atticũ volumine legitur/quot offensę
fuerint/in ista cunctatiõe te subesse.subesse mendo-
sum est.subisse/melius. vt illud significet/quod pluri
bus locis ad Atticum ostendit/ꝙ nõ esset Pompeiũ
cõfestim in Epirũ sequutus/iam Pompeianis omni-
bus esse odio/vt/si maneat nihil plus inuidiæ apud
eos subiturus sit.atq; ita/cunctatione/seruabitur.
Itẽ ¶ Vide/ne/dum pudet/parũ te adoptatũ esse/
parum diligenter/quid optimũ sit/eligas) parum te
optimatẽ/quidã ueteris impressionis libri cõmodius
seruant.amabant enim veteres/quod ait Donatus/
de proximo similia dicere. optimatẽ vero quã se &
esse & dici etiam gauisus sit Cicero/nõ uno loco te-
statum reliquit/maxime uero in oratione pro P.Se-
stio.adoptatũ/legi nõ ineptissime nõ potest.paulo-
post.ꝙ si te/inquit/ aut voces optimatũ cõmouent.
Cicero ad Atticum.nõ me igitur is ducit/sed sermo
hominũ/qui ad me à Philotimo scribitur.is enim me
ab optimatibus ait cõscindi.quibus optimatibus/dij
boni?qui nunc quo modo occurrunt? quomodo aũt
se venditant Cęsari?& infra.id mandaui Philotimo
homini forti ac nimiũ optimati. de eadem hac pro-
fectiõe in Põpeiana castra.f.agẽs.deniq; optimatẽ/
in illis ipsis est Cœlij literis/quas diximus volumini
ad Atticum insertas/Aldo agnitũ. Itẽ ¶ Quid
porro tuũ cõsilium sit) quod / scribendũ est ex alijs
omnibus ratione q; etiã grãmatica,in quo sæpissime

erratū est ab Aldo operarijs ue eius.sed prēmonen-
dum est/neq̧s in errorē illabatur/aut ansam grāma-
tistis cauillandi demus. Item ¶ Ac simul atq̧
hęc mihi dixit/statim/quid de te audisset/exposuit)
aut mihi dixit/placet/quod Mediolanēsia præferūt
exemplaria/nullo alioqui sensu.nam superiorē illam
Cæsaris sententiā á Cœlio cognitā non puto cū his
tempoꝝ ratione conuenire.haꝝ literaꝝ meminit in
Cicerone Plutarcus. profectus/inquit/ post hac in
Hispanias Cæsar/quū rumor icrebruisset Ciceronē
in castra Pompeij nauigaturū / ex ipso itinere ad eū
scripsit/monēs ac rogans/ ne quo progrederetur.&
infra. hoc/inquit/idem M. Cœlius / hoc Dolobella
suadebat/vt in eoꝝ Epistolis apparet.

Ex Epi.xvij.ergo.

¶ Ergo me potius fuisset in Hispaniā proficisci/quā
Formijs esse) ergo ne/quod est in Mediolanēsibus/
non improbo.vt sit illa Octauiani Energia/
Ergo ne supremis potuit vox improba verbis
Tam dirum mandare nefas?
Sed ne id quidē/quod vetustiores impressi habent/
quā Formias.vt hoc dicat.ergo ne potius fuit profi-
cisci in Hispaniā/quā Formias/anteq̄ tu ad Pompe-
ium proficiscerere?quasi dicat/minime.vtināq̧ á te
essem profectus potius Formias/vbi eras / quū.s.su-
periores ad te dedi literas.nā ibi fuisse se indicat Ci
cero libro.ij.illis literis/quibus supiori Cœlianæ Epi
stolæ respondet.sed mea prædiola/inquit/tibi nota
sunt/in his mihi necesse est esse / ne amicis molestus

ſim.Plutarcus p̄dia in Formiano pulcherrima fuiſſe Ciceronis teſtatur.ſed & Cœlij verba hanc ſenten tiam indicant ſuperioribus literis.me ſecum/inquit/ in Hiſpaniam ducit.nam/ niſi ita faceret/ego prius/ quā ad vrbem accederem/vbicūq; eſſes/ad te per curriſſem.nā me inepti interpretis/vnde fluxiſſe ea lectio videtur/autoritas ne tantulum quidē mouet. video tamē eundem/etiam/Formijs eſſe/legendo/ ſenſum elici poſſe/ quē nos aſſerimus. Itē ℂ q vtinā aut Appius Claudius ī iſta parte ꝓhibuiſſet) puto ſcribendū.quod vtinā ne aut Apius Claudius me in iſta parte eſſe ꝓhibuiſſet. omnia cōminiſcitur interpres/ne veritatem ſenſumq; Cœlij aſſequatur. ego/tametſi obſcuris in tenebris rectum iter polli ceri/ſcio audacis exiſtimari/videor tamē citra teme ritatis crimen affirmare poſſe/ hoc Cœlium dicere/ vtinam me nunq̄ iniurijs ſuis Appius á Pompeianis partibus/ quas alioqui ſequuturus eram/ auertiſſet. ſcimus/Pompeium ſocerū fuiſſe filij Appij pulchri cō ſularis Cenſorijq;/cui Cicero in Ciliciā ſucceſſerat/ ex eiuſdem Epiſtolis.Brutiq; etiā ipſum Appium ſo cerum.vt dubitari nō oporteat/quin is in bellis ciui libus ſit Pompeium ſequutus. id quoq; cōſtat.á cen ſore Appio vexatū Cœlium/ex Epiſtola ſupra/quæ incipit/pudet me tibi cōfiteri.adiuuat lectionē grā matices ratio/q̄ nos nō omnino ſolemus deſpicere. iſtam enim partem/quū Ciceroni dicit/oſtendit eā/ in qua ſit Cicero/hác/in qua ipſe. Item ℂ Ira cundiæ timore ablatā) timore / librariorum errore pro/tumore/ſcriptum aſſerimus. Item ℂ Neq; mihi conſuluiſti) interpres in mendoſum incidit co

dicem/ideoq̧ nõ omnino indignus venia.mihi/sinè cunctatione scribendũ.i.mei nullam curã ostendisti/ vt saltem moneres/vt á Cæsare desciscerem.

Item ℂ φ si timor vestræ crudelitatis nõ esset/eiecti iampridẽ hinc essemus) hic quoq̧ aperte interpres deceptus.nos/opinor Cæsarianos omnes/non Cœlium vnum intelligi.eiecti uero á Populo/qui iã Cæsarẽ odisset/quod ostendit Cœlius Plutarcusq̧/ cuius nos verba ĩ Cæsare ante retulimus.&/vestræ/ asit/&/nostræ/nõ absurde legetur. Itẽ ℂ Nec ordo quisq̃ est) omnino insanit Clericus.ordo est/ hominum/vt ita dicam/gradus & genus. Item ℂ Cur hoc:inquis.immo reliquias expectant)hos/ legi potest.vt sit sensus.cur hos:s.nõ trucidat populus:immo/inquit/cæteras quoq̧ Cæsaris copias expectant/vt.s.vná oẽs adoriantur atq̧ cõficiant.

Item ℂ Irritaui in me Catonẽ) alij/Coruncanos. quid/si:Cæsarẽ.quod potuit scriptum esse nota.qd/ si:crabrones.quod prouerbij loco dicitur. Item ℂ φ apud me plurimũ solet valere doloris atq̧ indignitatis causa)hæc/quæ se/æquo animo videre nõ potuisse ait Cœlius/ ea arbitror/quæ reuersus/ post debellatos in Hispania Pompeianos duces/in vrbẽ/ Cæsar effecit.nam dictator creatus est/exules reduxit / eorum etiam / qui Syllana tempestate proscripti sunt/filios ad honores admisit/ipse dictator á se/ quũ nec á senatu nec á cõsulibus eligeretur / primus dictus & creatus est. autor Plutarcus ĩ Cæsare Appianusq̧.hunc deniq̧ iustum probabileq̧ animi ardorem sequutum Cœlium tum prætorẽ puto/quũ á Cæsare desciuisset / seditiones in vrbẽ q̃maxima

cõcitasse/nouarum rerum spe plebe sollicitata/vrbe pulsum/abrogato magistratu/Miloni exuli/qui fugitiuorũ exercitũ contraxerat/se coniunxisse/vtrũq; tandem/quum bellum summa ui pararent/interfectum esse. quãuis video apud Liuianam Epitomen scriptum / Cecilius Ruffus / pro/Cœlius/libro.cxj. sane & ad historiæ fidem & Epistolarum sensum facere arbitror ordinem / in quem nos Cœlianas istas literas digessimus. nos certe ea res/vbi in mentem venit / plurimum adiuuit.

EX LIBRO NONO EPISTOLARVM FAMILIARIVM.

Ex Epistola Prima.&.v.

s Iue in Cumano adire te placebit) alij codices/siue in Cumano ad te placebit.sunt/qui/adesse/putent legi posse.nam & Thusculanum Varronis sequens Epistola habet/& Cumanũ quarta. Item ex.v. ℂ Itaq; eundem ipse sequar cõsilij nostri) &c̃. distinguo.itaq; eundẽ ipse sequar.cõsilij nostri/&c̃. quid autem/si/euntem/legas?vt possit esse carminis finis atq; alterius initium ex ueteri copiam poeta/atq; adeo Ennio.euntem.s. in Cumanum/ex subiectis. Item ℂ Cõsilij nostri/nisi eos quidem/qui id sequuti nõ sunt/nõ poeniteret) melius.nisi ne eos quidem/&c̃. Item

¶Et/quoquo modo res se haberét/magis illos ve-
reor/qui in bello occiderint) quid/si? &/quoquo mo
do res se habeant/magis illos ueneror/ qui in bello
occiderint.

Ex Epi. vj.

¶Hoc iccirco nosse te volui/vt scires/hospitiū tibi
ubi parares/uel potius utrobiq;)corrupta lectio. qui
dam corruptius/uel potius utar ubiq;. sed legendū/
ut in quibusdā/uel potius utriq;. aut/uel potius ubi
utriq;. aut/uel potius utrobi. quod dicitur de locis
duobus/Alsiensi & Pontino/in quoꝝ alterutrū erat
uenturus Cæsar/nō Romā/ut interpres garrit. quasi
seipsum corrigat Cicero/ꝙ/ubi/ dixerit. Item
¶Vt quasi utilius Reipub. fuerit) lego ex alijs/aut
quasi. sunt autem dicta hæc per ironiam/ quod non
uidetur cognouisse Clericus. Item ¶Quæ igi
tur studia magnoꝝ hominum sentētia uacationem
habent/eandē publici muneris/ijs cōcedente Rep.
cur nō abutamur?) eandē/uerbū/ex alijs codicibus
superfluit. pro quo nō absurde legas/etiam. amplius
uidebis/concidente/potiusq̄/concedente Rep./le-
gere uelis. ego neutrum reijcio. Item ¶Quæ
tua esse audiero) legi malim. quæ ue futura esse au-
diero. arbitror hoc tempore Cæsarem ex Aegypto
nōdum reuersum/nō/ut interpres somniat/ in Gal-
lia fuisse.

Ex Epi. vij.

¶Nūc/quod ante a te calumniatus sum) puto le-
gendum/antea te calūniatus sum. idq;/ni fallor/re-

ctius.i.te varijs fallacijs in longũ deduxi/vt ad Lentulũ.res ab aduersarijs nostris extracta est varijs calumnijs.quod.s.scripserat superioribus literis se venturum ad Varronẽ rus/vt vná essent.quod sequitur græce scriptum/vide ne/ad mortẽ Cæsaris spectet/. Pompeianorumq;/quos iam vtrosq; pertimescebat. vt superiori Epistola multisq; præterea ostendit.vt sit/simul euntibus.i.simul morientibus.propterea q; in Alexãdrino bello periclitatus est sæpe ad mortẽ Cæsar.vtitur eadem oratione/non tamen sensu/ad Atticum libro.ix. Item ¶ Dubitandũ non est/ quin æquis viris) .s. pertimescendũ sit/mala multa impendeãt/potius/q̃ quod exponit Clericus.

Ex Epi.viij.&.ix.

¶ Ex ea igitur media excitatos misi) media/ itima. vt medijs sed natus Athenis.nõ/vt Clericus.qđ est ineptissimum. Item ¶ Hęc ipsi præstare debemus) præstare/sustinere/& quasi rationem excogitare/ne pereant.hæc.s.tempora. Item ex nona. ¶ Pulso Italia/amissis Hispanijs/capto exercitu veterano/circũuallato nunc deniq;) nõ Brundusij/vt temere somniauit interpres/magno tempoꝝ atq; historiæ lapsu/Sed in Epiro.Plutarcus.Interim/inqt/ Antonius/transmissis ex Brundusio copijs / aderat. Quibus factus audentior Cęsar.Pompeium prouocabat cõmodissime metatũ/vt cui terrestres ac maritimi cõmeatus abunde suppeterẽt.principio Cæsar/quũ haud magnã inter copiam degeret/postea maxima necessarioꝝ opprimebatur inopia.interea

milites radicem quandã auellebãt/ & cõmixto lacte vescebãtur. Interdũ ex ea panes inter hostium stationes prætercurrentes inijciebant, addebantq/ se/ quoad huiusmodi radices terra ꝑduceret/ obsidionem Pompeij non derelicturos.

Ex Epi. x. & . xj.

℄ Nisi forte scire uis/ me inter Niciã nostrũ & Vidium iudicem esse) Curtius Nicia celeber grãmaticus/ de quo multa Trãquillus/ hunc ipsum locũ Ciceronis citãs. Item ℄ Ne hẽat Plancus Bursa/ apud quẽ literas discat.) Bursa ille est forte/ quẽ supra libro. vij. ad M. Mariũ Secunda Epistola significat inimicum suũ. Interpres vero noster nõ dubitat/ Niciã temere imperitũ dicere. quẽ Cicero carũ sibi vbiq significat/ nam & ad Atticum nominat.
Itẽ ℄ Ne hasta Cęsaris refrixerit) quid/ si/ ne hastã Cæsar refixerit. quid/ ne non hasta Cæsar refrixerit. nam/ si/ ne refrixerit/ legas/ optantis calorem hastæ erit. quod á Cicerone longe abest/ cæterisq etiam verbis Epistolæ. qd tamẽ/ si seruetur lectio/ Cicero ad Atticum/ quid Cæsar/ tres habet cõditiones/ aut emptione ob hastã ꝑdere malo. (& si præter ipsam turpitudinẽ/ hoc ipsum puto esse perdere) aut delegatione in mancipe annua die. quis erit/ cui credã/ aut quando ipse Metonis annus veniet/ aut Veteni cõditiones emissem. igitur. ac vereor/ ne istæ auctionem nullam faciat / & sedulo ijs factis Clipso subsidio currat. Item ex. xj. ℄ Nec scriptione magnopere dignam) quæ á me cõscriberetur/ mul-

tas enim habuit orationes Cicero, quas tamen non ſcripſit, nõ/vt Creſcẽtinas ineptit, de P. Sylla/puto/ Cicero ad Atticũ, ille ad cal'. Septẽbr. Athenis non videtur fore, multa eũ in Aſia dicuntur morari/maxime Pharnacis legio. xij. ad quã primũ Sulla venit. lapidibus egiſſe hominẽ dicitur. & ſequẽti Epiſtola. Sulla/vt opinor/cras erit hic cũ Meſſalla, currunt ad illum pulſi á militibus/qui ſe negant vſq̃/niſi acceperint, ergo ille huc veniet/quod nõ putabã.

Ex Epi. xv.

¶ Præſertim quũ eas videam primũ oblitas latio/tum/quũ in vrbem noſtram eſt infuſa peregrinitas) vide/an oblitas/ſit potius infectas & quaſi deturpatas/q̃/quod re℞ Creſcẽtinas/decoratas. Item ¶ Sed autorem moderationis vrbanę) quid/ſi cõmorationis / vel morationis. Item ¶ Intellexi tamen idẽ/quod his intelligo literis) niſi abundent omnia præter prima duo verba/ego quidẽ hinc me nõ extrico. Item ¶ Senatuſcõſulta ſcribuntur apud amatorẽ tuum/familiarẽ meũ) Cæſarẽ puto dici, nã eo℞ tẽpo℞ videtur Epiſtola/q̃bus Cæſar cũ Iulio conſulatũ geſſit, non. n. dicam/Bibulo. Itẽ ¶ Equidem quũ in mentẽ uenit/ponor ad ſcribendum.) Et quidẽ/arbitror ſcriptũ á Cicerone/idq́ in alijs eſt. in quibus tñ̃ ijſdem/mihi/abũdat. venit aũt in mentẽ/nõ mihi/vt Clericus ariolatur/ſed illi/quẽ nos Cęſarem interpretamur, ponor ad ſcribendũ. i. nomen meũ ſenatuſcõſultis interq́ autoritates præſcriptas inſeritur/quaſi ego ſcribendo affuerim, qua

de re tametsi non nihil in Decuria attigimus/nunc tamē addo Ciceronis uerba ad Catonem libro.xv. resq; ipsa declarat/tibi illum honorem nostrum supplicationis fuisse iocūdum/quod scribendo affuisti. hec enim senatusconsulta non ignoro ab amicissimis eius/cuius de honore agitur/scribi solere.sed & alibi sępe scribendo senatusconsulto adesse ait.Plutarcus quoq; nominatim cautum rogatione Clodiana/qua iussus est exulare Cicero/tradit/ne qs de reducēdo ferret/neqs scribēdo adesset.vt Cæsarē accipiā/facit qđ est de donatiōe regnoꝝ.de qua ī primū librū multa cōiecimus.

Ex Epi.xvj.

¶Vt quasi aurum igni/sic beneuolentia fidelis periculo aliquo perspici possit) periculo/discrimine/nō/vt Clericus/expimēto.id ita expressit Ouidius Scilicet/vt fuluum spectatur in ignibus aurum/
Tempore sic duro est inspicienda fides.
Itē ¶Siquid afferatur ad eum pro meo/quod meū nō sit/reijcere solere)in alijs/vel pro se/siquid afferatur.&c̄.qđ ego/per se/mutādū retinendūq; puto. Itē ¶Siquid prætcrea de me audiat/ nō audiendū putet)prætcrea.i.præter audita de me ex familiaribus suis.nō/vt Clericus.id enim iam dictum erat.nō audiendū/quasi non verū/tametsi nec illiteratū sit/nec insulsum.huc pertinēt/quæ sic Plutarcus scribit in Cicerone.sed neq;/a Cæsare/inquit/iā dictatore lacessendo abstinuit.nam/quū ille prędia paruo admodū precio Seruiliæ vendidisset/multis/vt fit/vilitatē mirātibus/at/quo melius/inquit/empta scia-

tis/tertia deducta est.illa nanq; filiam suam nomine Tertiã Cæsari cõciliasse/& ad eũ duxisse putabat. Item ℭ Sed/vt tunc fit/mimũ introduxisti) vt nũc fit/quod in alijs est/probo ex sensu. Itẽ ℭ Quẽ tu mihi Pompilium/quẽ Denarium narras? q̃ Tyrotarichi patinã?) vide/nũ ita legi forte placeat.quẽ Thynnariũ narras?vt eo verbo cõfectum ex Thynnis eduliũ accipias.Plinius enim sic scribit de Thynnis.hi membratim cæsi ceruice & abdomine cõmendantur / atq; edulio recenti duntaxat/& tum quoq; graui ructu. & reliqua libro nono cap.xv.siqs forte plura desideret.nam & ibidem Pompilum piscẽ nominat.ijdem sæpe/inquit de Thynnis/nauigia velis euntia comitantes mira quadam dulcedine per aliquot horaꝝ spacia & passuum millia á gubernaculis nõ separantur/ne tridente quidem in eos sæpius iacto territi. quidam eos /qui hoc è Thynnis faciunt/ Pompilos vocant.ita erit & Pompilium è Pompilo edulium.interpres vero in hũc locum/tanq̃ in Seriphum rana/obmutuit.cõsidera/quæ sequũtur/si parum fœlicem/certe nõ temerariam admonitionem nostrã iudicabis. de Tyrotaricho Cicero ad Atticũ & alij aliquot pręsertim coquinarij/&/vt ille inquit/ gulæ proceres. Item ℭ Facilitate mea ista ferebantur antea) ego/inquit/modestia & humanitate quadã mea isthęc antea patiebar.nõ/vt Clericus. ℭ Vt/quũ me hospitio recipias/existimationem te aliquã putes accipere) qd/si æstimationem/legas? non/existimationem.hoc enim puto dici.quũ bona habebas/uiuens in patria/tametsi tu tua spõte esses prodigiusculus/ego te tàmen ad rem cõseruandam

quæstiunculis meis reddebam diligentiorem. quũ. s. ex te quærerem/qd/ si ægrotus factus esses: quid/si filij s multis augerere: atq; eiusmodi alijs/nũc uero/ quũ te uideo nihil curare/quantũ in bonis habeas/ ne putaris/si mihi cœnam dederis/te á me esse æstimationem cœnæ recepturum. Iocatur enim Cicero cũ festiuo homine/ut/ quod s̃ est. Itẽ ℂ Quod mihi bonam copiam eiures) possit esse negatiuũ iuramentũ/ut dicimus/deprecari mortem/precari ne cui mors inferatur. uel ita. nõ est/quod me dicas esse te ipso locupletiorẽ/ideoq; sumptuosiorẽ mihi cœnã condicas. neq; enim ualde penetrat in sensum Clericus. Itẽ ℂ Etiã hæc leuior est plaga ab amico q̃ á debitore) & iam duobus uerbis scribo. hoc est. minus damni est/si amicum nõ redditurum cœnam recipias / q̃ si tibi debitor/cui sub usuris credideris/ decoxerit/nã Vbertinũ non sequor. Item ℂ q; si perseueras me ad matris tuæ cœnã uocare) quasi minus sumptuosam/cõtra q̃ Clericus. Itẽ ℂ Salis enim satis est/Sãnonum parum.) alij/Sannionũ. Hermolaus apud Plinium/obiter/Samnioꝝ. ut possit etiam/Sannioꝝ. nam Probus á Sanna potiusq̃ á Samnijs deducit. qd autem dicit Cicero: num: Villa quidem in Salinis est/nihil tamen habet Salium/insulsa est/& plané rustica. nam & Plinius/ubi de Sale agit/Adeoq;/inquit/necessarium elementum est/ut transierit intellectus ad uoluptatem animi quoq;. Samnia Sales appellant. omnisq; uitæ lepos & summa hylaritas laborũq; requies non alio magis uocabulo cõstat. De Samnionib⁹ Nonius/Cicero de oratore/Terẽtius in Eunucho. Sequor autem illam le-

ctionem apud Pliniũ quoq; / q̃ ne Hermolaus q̃dem omnino respuit. tametsi nimis facile in alteram eius castigationem itum est / cõtra q̃ ipse prçceperat. huc enim allusit Plinius / aut eodem / quo Cicero. fere est enim / vt aliciũde sumptum ex veteribus poetis ar-bitrer.

Ex Epi. xvij. & .xviij.

¶ Num tu homo ridiculus es?) non / quod alij ha-bent / puto melius / hoc enim vim affirmantis / illud magis dubitantis habet. Item ¶ In acie non fui) .i. prœlio Pharsalico. Plutarcus / commisso dein-de / inquit de Cicerone / in Pharsalia prœlio / in quo ipse valitudine aduersa impeditus nõ affuit / M. Ca-to / qui naualibus copijs apud Dyrrachium prçerat / cognita Cæsaris victoria / classem & exercitum Ci-ceroni tradere voluerat. Crescentinas uero in bello ait nõ interfuisse Ciceronem / mendacissime.

Ex Epi. xx.

¶ Integram famẽ ad ouum affero ita vsq; ad assum vitellinum opera perducitur) vereor / ne in verbo iocetur Cicero / sitq; hic ex poeta aliquopiã locus / qui / quũ de ouo esset loquutus / vitellinũ subdidit / quasi de oui vitello intelligere se fingeret / quũ tamẽ vitulum diceret / id assi alioqui verbum adiunctum innuit. nos nihil / quod in mentẽ venerit / subticebi-mus / vt aliquid diuinationibus istis tentemus pro-desse. nam interpres quidem iam cautior. Item ¶ O hominem facilem / ó. hospitem non grauem).

nō/vt Clericus /lœtum & facetum deposita seueri-
tate/ sed parum molestum/& leuioris impensæ.
Item ℭ Cōmentationem causa℞ abiecimus) non
mentionē & sermonē/vt delirat Clericus/sed medi
tationem.neq enim nūc ago causas/inquit/vt præ-
meditari oporteat/atq ita sobrie viuere. Item
ℭ Etsi nunquā plura prœlia habuisti) quid/si/præ-
dia.i.nunq̄ fuisti ditior quippe qui nihil iam cures.
tametsi/prœlia quoq seruari potest.

Ex Epi.xxj.

ℭ Priuatas causas & eas tenues agimus subtilius).
priuata iudicia hoc á publicis differebant / q in pri-
uatis quilibet accusator admittebatur/vt/quoq in-
iuria ad omnes pertineret/priuata/quæ priuatim ab
illo vno/cuius intererat/ageretur.id ex iurisc ōsultis
etiā nunc discas.apud quos titulum legimus de pu-
blicis iudicijs.interpres vero decipitur.Cicero alio-
qui nobis subscribit/quum addit/capitis aut famæ.s.
ornatius.

Ex Epi.xxij.

ℭ Amo verecundiam/vel potius libertatē loquen-
di) legetur/opinor/rectius/ Amo verecundiam/tu
potius libertatem loquendi.ex insequentibus.
Itē ℭ Vt ille in Trinumo.virgo modo/(forte nosti
canticum/meministi Roscium)ita me destituit nu-
dum.) ita mihi penem excoriauit /& ostēdit/vt ille
inquit/Iudęū nulla sub cute pondus.hoc enim puto
dici. Item ℭ Quod tu in Epistola appellas suo

nomine) Priapũ dixerat/puto/vel illam/q̃ Sanctus
Numa mentulam vocabat. Item ¶ Hanc cul-
pam maiorem/an illam dicam) verba consularis/in
quibus ex verborũ cõiunctionẽ obscœnum fit cace-
phaton/qm̃ & culum nominare videtur/& quasi di
cere/hoc maius lasciuiæ ac libidinis vitium.s.pædi-
candi culpam anilem/ab ano/dicam? est enim quale
illud/cũ nos te volumus conuenire.nõ/idem exem-
plum/vt ineptit Clericus. Itẽ ¶ Potui obsce-
nius?) legendum ex alijs codicibus & sensu/potuit
obscenius? Item ¶ Bella tectoriola/dic ergo
etiam pauimenta isto modo/nõ potes) nõ est satis
assequutus sensum Crescentinas.hoc enim suauiter
dicit Cicero/si/vt á tectorijs diminutiuũ deducis te
ctoriola/quod non est turpe/ita/si á pauimentis/di-
cas pauimẽtula/obscœnum erit/videberis enim di-
cere/feri priapo mulierẽ. Item ¶ Quid enim
nũ honestum verbum est diuisio?at inest obscœnũ?
cui respondet intercapedo) hic quoq;/non/aptius
legetur/q̃/num.vt sit/quid enim?nõ honestum.&c.
Beroaldus in cõmentarijs Tranquillianis diuisorem
hoc loco agnoscit/vt alij habẽt/& pædiconẽ signi-
ficari putat. Item ¶ At honesti colei lanuuini/
cliternini non honesti) Ariolatur interpres.quid/si
ita intelligamus / vt apud Lanuuinos/quos scimus
populum fuisse/qui Lanuuium incoleret/Colei ho-
nestum quippiam significarent / cliterninis autem/
quod & nobis/testiculos. cœpit enim iam ostẽdere/
dem uerbum aliubi honestum/alio loco turpe esse/
vt quod de testibus dixit.aut colei forte cognomen
fuerit Lanuuinæ gentis/quasi dicat Cicero/ tã pro-

pinquis locis idem verbum & inhonestum est & ho neste vsurpatur.nam & honesti verbū scimus ad di⸗ gnitatē etiam gentis referri.vt sit etiam in eo verbo iocus.ꝙ si placeat/etiā linternini legere possis/qm̄ & linternum & lanuuiū in latio aut cōtermina Cam pania/ex Plinio & geographis alijs. cur enī nostrati principe nō vtar.hoc vero tale est/vt siquis hodie dicat/Coleones Bergomates honesti/Brixienses nō honesti.ꝙ sit Bergomi Coleonū familia Barttho⸗ lomæo duce Inclyta. Item ❡ Suppellere/fla⸗ gitium est. Iam erit nudus in balneo/nō reprehen⸗ des) quid/si/suppellere/á pelle potius sit/q̄ á pello. vt significet/reiecta pelle præputium ac mentulam nudam ostendere.agit enim nō iam de vrborꝫ/sed reꝝ obscœnitate.Locus autem exigit istam declara⸗ tionis turpitudinem/itaqꝫ veniam præfamur.
Item ❡ Honorem igitur calendas Martias) Aldus. honor est.calendis Martijs.vt significet/quod & in⸗ terpres putat/calendis Martijs datas literas.tu vide num ideo calendis Martijs honorem habendum di⸗ xerit/propterea ꝙ fœminis eæ quasi vendicaban⸗ tur.vnde illud.Munera fœmineis tractas secreta ca⸗ lendis.moneo tamē/nihil decerno.nam vtrūqꝫ ser⸗ uari sine piaculo potest.

Ex Epi.xxiiij.

❡ Hoc tēpore fieri posse/si forte tu frigus ferre non posses) quid/si:hoc tepore/quia dixit/quum fauo⸗ nius flaret.tametsi vtrinqꝫ exprimi idem sensus po⸗ test. & hāc autem Epistolam & tres superiores pro

ximas/q̄ ante ciuilia bella ſcrip t ſunt/arbitror Pa-
pyrianis hiſce ordine omnibus præponēdas. id quū
ex ſententia eaꝝ/tum ex Epiſtola ad M. Cœlium/
quæ eſt libro ſecūdo/hoc initio. Fabio viro optimo/
diſcas.

Ex Epi. xxvj.

℄ Miraris tam exhilaratā eſſe ſeruitutem noſtrā) ſeueritatē/puto legendū. ſic ad Dolobellam. adeon tu mihi excuſſam ſeueritatem veterem putas/vt ne in foro reliquiæ priſtinæ frontis appareant? Itē ℄ Quid potius faciam/prius q̄ me dormitum con-feram/ non reperio.) q̄ .ſ. in conuiuio eſſe/ non/ li-teris/vt ait Clericus/operam dare. Item ℄ In eo igitur/inquis/cōuiuio Cicero ille/quē ſpectabā) alibi. expectabā/quid ſi? omnes ſpectabant. vel. ex-pectabāt. nam & aliubi apud Ciceronē reperimus/ expectare/pro/Spectare/ſi modo integri codices. Item ℄ Ibi loquor aliquid/quod in ſolū/vt dicitur/ & gemitum & riſus maximos transfero) quid dicit? hum? quod totum meum colloquium uel in gemitū/ vel in riſus verſatur. nunc enim ingemiſco caſum Reip. nunc me ad riſum cōuerto. an ſolum humum ſignificat? vt/quo/legendū ſit. hoc ſenſu. quo & ge-mitū & riſus tandem in humum deuoluo/capite. ſ. deiecto / quod triſtis eſt. Itē ℄ Cœnā te quæ-rere á me dixeris) quęrere/nō/ interrogare/an ego cœnā darē/ſed poſcere ac deſyderare. Iocatur enim in ui verbi duplici. Item ℄ At Hercule cœna nunquid ad te? tibi præſertim/) niſi interrogatoriā notam aut ſuſtuleris/aut ita collocaris/At Hercule/

cœna nūquid? ad te, tibi præsertim/perierit elegantissima sententia. hoc enim dicit. nunquid cœna alicubi parata sit / præsertim tibi/.i. in quā tu inuitatus sis/pertinet ad te quærere. quod non percepit Clericus. Innumerabilium cœlorum opinionem etiam Plinius irridet.

EX LIBRO DECIMO EPISTOLARVM FAMILIARIVM.

Ex Epistola Prima.

Am id quidem vulgare vitium est) .i. multis cū eo cōmune. nō/ vt interpres/notum omnibus/ipsum esse insolentem. Item ante ¶ Postea q̄ de meo cursu Reip. sum voce reuocatus) nō senatus/ vt interpres somniat/sed dat inanimatæ rei sensum/.i. cōmodo ipso Reip. quod me quasi reuocare videbatur. Cicero prima Philippica/& libro. xv. ac. xvj. ad Atticum rem totam explicat. quæ qui legerit/nec/ q̄d fuerit ista Ciceronis legatio/scisse istos interpretes videbit. habebat enim duplicem/& votiuam/q̄ á Cæsare antea viuo impetrauerat/ & hanc liberam á Dolobellá consule post Cæsaris mortem. Dolobella/inquit/me sibi legauit ad. iiij. nonarum April. id mihi heri vesperi nunciatum est. votiua ne tibi quidē placebat. etenim erat absurdum/quæ/si stetisset Resp. bonis/nō sumeres/

euersa illa vota dissoluere.& habent/opinor/liberę legationes diffinitum tempus lege Iulia.& reliqua. Ita & Philippica prima. quæ quū audire ma lem/q̄ videre/haberemq; ius legationis liberum/ea mente discessi/vt adessem calendis Ianuarij. Epistola vero ad Atticum libro.xvj. cuius initium/c Octauo Iduum Sextil'. causam reuersionis exequitur / vbi nihil est de isto Senatus decreto/quod iste tam temere cō minisscitur.

Ex Epi.iij.&.iiij.

❡ Sic profecto/(nihil enim te fugere potuit) fuisse quoddam temporis / quū homines existimarent/te nimis seruire tēporibus)sc is/vt alibi/ sensus exigit. sanè indicat Plancū Cæsarianū fuisse. quod & Cœlius.Plancus quidē/inquit/tuus Rauennæ est/& magno cōgiario donatus á Cæsare nec beatus nec bene instructus est. Item ex.iiij.❡ Tamē vel inimicissimi iudicio tanta sunt/·) nō M.Antonium vnū significât/sed inimicissimū quenq;. Itē ❡ Quid in vrbe Ianuario mense geratur) nō propter creationem Magistratuū/q̄ uterq; interpres falso in eum mensem conijcit. quū & fieret circa Iulium plærūq; mensem/vt libro septimo ostendimus/constantiq; nunc Ciceronis grauissima autoritate cōfirmamus. Bibuli/inquit ad Atticum/qui sit exitus futurus/nescio.vt nūc sese habet/admirabili gloria est.qui quū comitia in mensem Octobrem distulisset/q; solet ea res populi voluntatē offendere/putarat Cæsar oratione sua posse impelli concionē/vt iret ad Bibulū,

multa quũ seditiosissime diceret/vocem exprimere nõ potuit. quo igitur Ianuarij mensis mentio? quia. s. consules futuri erant. i. ingressuri magistratũ/multo ante designati/pansa atq; Hircius/& senatum habituri/q nõ erat per multos menses habitus/vel prohibentibus vel absentibus Antonio ad Dolobella Coss. ostendit id Cicero & prima & tertia Philippica. vt adessem/inquit/calendis Ianuarij/quod initium Senatus cogendi fore videbatur. &. expectantur calendæ Ianuarij/ quas non expectat Antonius. qui in prouinciam D. Bruti summi & singularis viri cũ exercitu impetum facere conatur.

Ex Epi. v. & vj.

¶ Quo feci his literis/quibus tu humanissime respõdisti) quod/alij integre seruant codices. Item ex. vj. ¶ Quæ tu inexperiendo in ea ratione/quæ te digna est/vera esse cognosces) in/abũdat/vt sit/ quæ tu in experiendo ea ratione/ quæ te digna est/ vera esse cognosces. hæc uero tametsi leuia sunt/nõ õmittimus tamen / quia q̃ politissimum habere atq; omni menda perpurgatum hoc Epistolarum opus cupimus. itaq; nõ tam docendi (quis enim hæc nescit/qui modo aliquid sapit?) quã colligendi & nihil prętereundi gratia adnotamus. nisi vero ratione hoc loco pro negocio ac re. quomodo Cicero alijq; receptæ autoritatis autores persæpe vsi. huiusmodi est &/quod initio literaꝝ gratissima/probatissima sine copula legitur. vt vel/mihi gratissima/S. P. Q. R. ꝑbatissima/scribi debuerit/vel/& ꝑbatissima.

¶Vt aut celeriter pollicẽdo magna in spe ad proficiendum impedimenta opponerem) &si non incõcinna lectio/ego tamen verear/ ne scriptum reliquerit Cicero/magna mihi ipse ad proficiẽdũ.&c. Item ¶Tum etiam inuictis quibusdam sciri / quid defensuri essemus/nõ esset periculosum.) inuitis/q̃/ inuictis/legi malim.id & interpreti receptum.significat autem Antonium. Item ex.ix. ¶ Contra quod ipse pugno) quid/si'contraq; me ipse pugno. vel.contraq; ipse pugno.atq; his verbis verecunde præmia postulat.insequentium literarum aut mendosa dies/aut nõ suo loco positæ. ait enim superioribus Plancus.exercitum ad Sextũ calendas Maias Rhodanum traieci. Item ex.x. ¶Quãq̃ in tuo prœlio oĩs fortuna Reip.disceptat.)in vno prœlio/ alij habent codices.quod ego sequor potius/ illo.s. quod Hircius Pansaq; & Octauius ad Mutinam cũ M. Antonio habuerunt.

Ex Epi.xj.

¶C. Plancus Impator/Con.desig.)supra infraq; Gn. Plancus est.Ciceroni ad M. Brutum & Philippica tertia/&.xiij. Lucius.hoc/ne diuersi putarẽtur/ qui vnus idemq; erat / adscripsimus.simul vt plura loca ad cõsentientem scripturam reuocaremus.mire tur vero quis/cur/quod supra vidimus/nondum ingressis in cõsulatum suum Hircio ac Pansa /iam in alterꝝ annũ Plancus ac D.Brutus designati fuerint/

nisi sciatur/Cæsarem pauloante morté/expeditionem in Parthos molitú/ciuitati discessurum in quinquennium magistratus creasse. autor Appianus/Plutarcusq́/qui M. Brutum in quartum annú designatum cõsulem/quú tum esset prætor/prætetito Cassio/scribit/in Cæsare. Item ℂ Et me/si quem esse voluisti/eum exitum rebus/ quẽ cognosces/defende ac suscipe) vacat/quẽ/illud posterius/vt sit. & me/si/quẽ esse voluisti/eum exitum rebus cognosces/defende ac suscipe. alij codices. nam interpres quidem mendosum sequitur.

Ex Epi. xij.

ℂ Et si Reip. causa maxime gaudere debeo) &c. hanc Epistolã arbitror illi/quæ est ad senatú pop. q́ Ro. à Planco scripta/subiungi debere. tú huic eo loco sitæ eã / quæ incipit. nihil me tibi. post eam vero addi superiorem/cuius initiú. Immortaleis ago tibi gratias. nam eam quidem/quæ incipit/ & si satis ex Furnio/vel oĩbus hisce / quas modo nominauimus/ atq; adeo illi ipsi/quæ sic inchoatur/plura tibi/puto præponẽdam/vt sit numero Septima. hoc arbitror ad sententiam literarum consequendam percipiendãq; ptinere. in quo iam vel Tyronis culpa esse potest. q; si quis etiam eam / quæ sequitur / præponat huic Planci/q̃ ultimã hactenus fecimus/cuius initiú/ Immortales ago/nõ inepte meo iudicio fecerit/atq; etiam eas/quæ incipiunt/o gratam famam. nam ne interpres quidem absurde est / quantum intelligo/ ratiocinatus de cõiungẽdis duab⁹ istis Plãci Eplis.

Ex Epi.xiiij.xv.&.xvij.

¶ Biduo ante victoriã/de subsidio tuo/ de studio/ de celeritate/de copijs/atq; etiã hostibus fusis/spes omnis est in te.) quid/si legas?Itaq;/etiam hostibus fusis/spes omnis est in te, nam interpres quidẽ Gallos fusos intelligit/perperam. quum supra scripserit Plancus/ prouinciam habere se omnium ciuitatum cõsensu paratissimam/& summa cõtentione ad officia certantẽ. illud interim mirari subit/quod prœliũ ad Mutinã dies hisce insequẽtibusq; & Galbę literis & inserta & inscripta innuit circa Maij initia cõmissum/. quum in vltima Philippica Cicero potius ad Idus Quintiles ostendat. Item ex.xv.¶ Plancus prætor Ciceroni) melius est/vt cũ cæteris inscriptionibus congruat. Plancus imperator/Cos. designatus Ciceroni/. tametsi/vt arbitror/ex pręturã sit in eam prouinciã missus. Item ex.xvij. ¶ Mihi prudentiam in consilio defuisse sciam) sciat/in alijs rectius. Item ¶ Lepidus tamen/quod ego desyderabam/fecit) quid/si tandem.

Ex Epi.xviij.xx.&.xxj.

¶ Nonnullam rem aliam extimescens)non vllam/ lego/ex alijs quibusdã codicibus & sensu. Item ¶ Sed certe/ nisi vno loco me tenerem/) quid/ si? nisi vno loco metaremur. Itẽ ex.xx.¶ Verum/ vt errarẽ / id Plance noluisti) voluisti/arbitror melius. Itẽ ¶ Quis enim id effugerit?sic decipi te non potuisse/quis non videt?) arbitror rectius, quis

enim id fugerit./ ſic decipi te non potuiſſe? quis non videt? eſt enim/puto/ſenſus. voluiſti me ſuperiorib⁹ illis literis quaſi per iocum in errorem inducere/non enim tu deceptus es. Iam vero alteris literis noluiſti errorem meum confirmare / quod tibi turpe fuiſſet. Siquidem bis amicũ fallere/ etiam vulgari prouerbio vetamur. id enim puto dici/potius q̃ / quod ait interpres. volui/etiam Clericus videtur habuiſſe in ſuo exemplari. Item ex.xxi. ¶ Fratrem meum tibi fortiſſimum ciuem & ad omnia paratiſſimũ excuſes literis) num rectius? excuſem/. vt ſit cũ interrogatiõe. an potius/licet/pro/literis. aut tale aliud?

Ex Epi. xxii. xxiii. & xxiiii.

¶ M. T. C. Gn. Planco prætori deſ. S. D.) conſuli deſignato/ ſcribi debuit/præturã enim/quod & ante diximus/ aut geſſerat ſuperiore anno/aut tum gerebat. niſi vtrunq; malis/vt ſit/ prætori/conſ. deſignato. vel pro prætori/Coſ. deſig. de Gneo ſupra quoq; monuimus. Item ex. xxiii. ¶ Hunc caſum cogit ſubire) coegit/in aliis integre. de re enim præterita loquitur. qua de etiã Epiſtola. xviii. Item ¶ Nam/ſi vno loco eſſem) quid/ſi? nam/ ſi nõ vno loco eſſem. vel. eſſemus: qđ ante dixit/niſi vno loco me tenerem. vel. metaremur. & ſi ſcio extortum etiã ex his verbis ſenſum á Clerico. Item ex. xxliii. ¶ Et ad cogitationem conſulatus bimeſtris) poteſt id quidem per extenuationẽ eſſe dictum/. quid tamen/ſi/Quimeſtris/legas? q; tot eſſent ad Ianuariũ ab initio Sextilis menſes. hæc enim ad. v. cal. Sextil.

scripta apparet. Illud addo/estimari oportere/quæ sunt libro quarto ad Gn. Plancū literæ. huic ne scriptæ fuerint/atq; ita in hūc librum suo.s.loco ex temporum ratione retrahendas. tres certe in volumine ad Atticum legimus ad hunc Plancum. quas qui libri huius initio adscripserint/belle & rerum cognitioni & nescio cui elegantiæ consuluerit. quis enim dubitat/quin & in his colligendis non nihil Tyro peccarit/& multum sit de illius diligentia tempoꝝ iniuria derogatū atq; detractum? quis enim credat/quæ est paulopost ad Appium / ab illo in tam alienum locū collocatam/tamq; ab alijs/quæ iustum volumē confecere/ disiunctam? itaq; & ea apud alias ad eundē ponenda est/meo iudicio. Cæterum/quo minus idē Plancus hic atq; ille existimetur/impedimento esse potest/q illi inimicus Iulij Cęsaris fuisse videtur ex illis Epistolis. at hic supra. scis tu/ mi Cicero / quod ad Cæsaris amorē attinet/ societatē mihi esse tecū/ vel q in familiaritate Cęsaris/viuo illo/iam tueri eū & diligere mihi fuit necesse/vel q ipse / quoad ego nosse potui/moderatissimi atq; humanissimi fuit sensus/vel q ex tam insigni amicitia mea atq; Cæsaris hunc/filij loco & illius & nostro iudicio substitutum/ non perinde habere/mihi turpe videtur. sed & Cicero idcirco nimis eum seruisse temporibus scribit. vt tamē mutari potuerit/& ex Pompeiano ad Cæsarem cū fortuna simul inclinare. itaq; æstimandum relinquimus.

Ex Epl. xxv. xxvj.

¶ Vt/si ædilis fuisses/post bieniū tuus annus esset)

aperta quidem sententia / sed tamen Clericus ine-
ptire non desinit. neq enim is est / quẽ putat / sensus /
quo videtur Furnium fuisse ædilem cõtendere / quũ
cõtra innuat Cicero. occulteq; celeritatem nimiam
reprehendat eius / qui / quũ nondum fuisset ædilis /
præturam vel ex medio ciuili bello peteret. qui / etiã
si tunc nõ petisset præturam / q̃ post ædilitatẽ actam
bienniopeti solebant / nihil videretur ommisisse le-
gitimi atq; vsitati temporis / vtpote qui nõdũ fuisset
ædilis. Item ex. xxvj. ¶ De Gallorum studio nos
aliquando cognoscemus) in nos remq; p. potius / q̃ /
vt Clericus / in Antonium. qm̃ subijcit. Itaq; iucũdissi
mis tuis literis stomachatus sum in extremo. quasi. s.
Furnius / id studium sua opera excitatum honeste si-
gnificaret / ideoq; se creari prætorẽ postularet. Plan-
cus supra. prouinciam / habeo / inquit / omnium ciui-
tatum consensu paratissimã / & summa contentione
ad officia certantẽ. & aliquãto post. pontesq; / quos
feceram / interrupi / ut spatium & ad se colligendum
homines haberent. Itẽ ¶ Vel gloria / q̃ omnes
assequũtur / dulcior?) sequũtur / rectius. gloriã enim
omnes sequimur / pauci assequimur. & si Clericus ver
borum uim non dubitatur confundere.

Ex Epi. xxvij.

¶ Te senatui gratias nõ egisse / quũ esses ab eo or-
dine ornatus / summis honoribus.) eius senatuscon-
sulti quinta Philippica verba. hæc sunt. Cũ à M. Le-
pido Imp. Pont. Max. sæpenumero R esp. & bene /
& fœliciter gesta sit / populusq; Rom. intellexerit ei

dominatũ regiũ maxime displicere / cũq; ei⁹ opera / virtute / cõsilio / singulariq; clementia / & mansuetudine bellum acerbissimũ ciuile sit restinctum / Sex.q; Pompeius. Gn. F. Magnus huius ordinis autoritate ab armis discesserit / & á M. Lepido Imp. Pont. Max. summa senatus populiq; Ro. voluntate ciuitati restitutus sit / Senatum populumq; Ro. pro maximis plurimisq; in Remp. M. Lepidi meritis / magnam spem in eius virtute / autoritate / fœlicitate / reponere / ocij pacis / cõcordiæ / libertatis / eiusq; in Rempub. meritorum senatum populumq; Ro. memorem fore / eiq; statuam equestrem inauratã in rostris / aut quo alio loco in foro vellet / ex huius ordinis sententia statui placere. Qui honos P. C. mihi maximus videtur. primum / quia iustus est. non enim solum datur propter spem tempoꝝ reliquorum / sed pro amplissimis meritis redditur. nec vero cuiq̃ possumus cõmemorarẽ hunc honorem á Senatu tributum iudicio Senatus soluto / & libero. & xiij. de eodẽ. Itaq; ei & honores decreui / quos potui amplissimos / in quibus vos mihi estis assensi. nec vnq̃ de illo. &c. Interpres vero nescio quid garrit imperite. s. de imperio ei cõtraq; Antonium bello destinato. Idem ad M. Brutum. At in Lepido reprehendimur. cui quũ statuã in rostris statuissemus / ijdem illam euertimus / nos illum honore studuimus á furore reuocare. Vicit amẽtia leuissimi hominis nostram prudentiam / nec tamen tantum in statuenda Lepidi statua factum est mali / quãtum in euertẽda boni. literas vero / quibus significatum senatui est á M. Lepido pacẽ inter ciues quæri / .i. Antonio cũ Remp. non arbitror eas esse / quæ hoc li

bro paulopost leguntur/de quibus qd sentiam/ suo loco dicemus/ sed eas potius/de quib⁹ Cicero Philippica.xiij.longissime/ & ad Plancum/sed de pace literę vel Lepidi/vel tuæ/q̃ in partē acceptę sint/ex viro optimo fratre tuo/ex C.Furnio poteris cognoscere.

Ex Epi.xxxj.&.xxxij.

¶ Deinde ex literis/quas Pansa mihi misit/ cognosces omnia/nam earū tibi exemplar misi.) videtur habuisse Clericus.quas Pansæ Cos. misi.idq̧ omnino ad cętera congruentius/si modo codices antiqui adiuuent/nā & ad Coss. scripsisse mense Aprili/ infra ait.exemplū/ quidem in alijs est. Item ante. ¶ Quod qum omnibus Lepidus cōcionaretur) nō/ vt Clericus/Pollionē exercitumq̧ eius in potestate senatus futurum/.sed/quod subijcit/se Lepidū consentire cū Antonio. Item ¶ q̧ familiarem meū tuoq̧ numero habes) Corneliū Gallum puto dici. de quo insequētibus literis.Gallum Corneliū familiarē meū poscito. Item ex.xxxij.¶ Ludis/quos Gadibus fecit) Balbus/arbitror/nō Cęsar/sed Romæ Cæsar . vt ex Tranquillo apparet de Laberio Mimo./in quo imitatus est Balbus Cæsarē. Itē ¶ Comitia biēnij biduo habuit/ hoc est renunciauit/quos ei visum est exules / reduxit) aliter distinguo.hoc est/renūciauit/quos ei visum est.exules reduxit.&c̄.est vero/renūciauit/ creauit magistratus/ vel creatos potius declarauit.quod nec Clericus intelligit.magistratus autem accipio non Ro.sed municipales Gadiensiū,sicut & senatū & exules quoq̧.

Item ℂ ꝙ ludis prętextam de suo itinere ad L. Lentulum procõsulem sollicitandum posuit) prætextã fabulam intelligo/ sicut togatam/ paliatam/ & reliquas/ quibus ex habitu nomen. in quo pueriliter ab interprete est ineptitum. subdit enim/ & quidẽ/ quũ ageretur. quod fabulaꝗ; est. & ad finem/ etiam prætextam/ si voles legere. ubi demũ resipuit Clericus/ ita tamẽ/ vt nihil hoc loco mutauerit. sunt/ qui prætextas fuisse putent/ quæ latinũ habuerint argumẽtum. quod & hic locus & Horatius indicant.

Nil intentatum nostri liquere poetæ/
Nec minimum meruere decus/ vestigia græca
Ausi deserere/ & celebrare domestica facta/
Vel qui prætextas/ vel qui docuere togatas.

De L. Lentulo nihil aliud/ vt nũc est/ memini legisse me/ q̃ quod est apud Ciceronem Philippica tertia/ vbi puincias a multis derelictas scribit/ quas eis dedisset Antonius. familiarissimus eius/ inquit de Antonio/ L. Lentulus & P. Naso omni carens cupiditate nullam se habere prouinciam/ nullam Antonij sortitionẽ fuisse iudicauerũt. de eodẽ. n. hæc accipio. Item ℂ Gladiatoribus autem Fadiũ quendam militem Pompeianũ/ quia/ quũ depressus in ludum bis gratis depugnasset/ autorare sese nolebat) &c̃. scribendũ vel/ è gladiatoribus/ vel/ gladiatorijs/ & autorare sese nolebat. i. inter gladiatoꝝ paria nomen suum profiteri. Item ℂ Quoꝝ quis vllam fidẽ aut modũ futurum putauit/) non reijcio quidẽ scripturam. quid tamẽ/ si/ vllum finem/ malis? ꝙ alioqui duæ illæ dictiones fidẽ modũꝗ; aduersari inter se videntur/ vt cõiungi nequeant. vereor autem/ ne hãc

Epistolam post suppositā Asinius scripserit. q̄ in ea quadragesimo se die ait certiorem factum de Mutinensi prœlio. quod est ad xvij. cal. Maij gestū/ vt ex Galbæ literis pauloante videre est. has vero videmus Sexto Idus Iunias datas. nisi vero / posterius Prœlium ad Mutinam multis post primū diebus certatum est. quod magis puto/ itaq; nihil muto. ideoq; & quod supra est. Item ℂ His rumoribus/ vtrū Gadeis referatur/ an Romam) rumores accipe/ nō de M. Antonio superato/ quod ibi nondum erat auditum / sed incertis. ſ. quibus nunc hos/ modo illos vinci ac vincere fama esset.

Ex Epi. xxxiiij. & xxxv.

ℂ Data. iiij. cal. Aprilis á ponte Argenteo) & mendosa dies/ & hoc errrore dimota ex suo loco hęc Epistola/ quæ post insequentem in alijs omnibus codicibus legitur. Itaq; pro/ Aprilis/ Quintilis/ legi malim. & subiectam præponi. nam / quū in ea tum demum venisse ad pontem Argenteum se dicat / quis non videt dari hanc ex ponte Argenteo / nisi post/ non potuisse? adiuuant & cætera vtriusq; verba. hæc Lepido iam cum Antonio coniuncto / scripta / illa enim nondum.

EX LIBRO VNDECIMO EPISTOLARVM FAMILIARIVM.

Ex Epistola tertia.

I prętores & ea dignitate homines aliquid edicto postulassemus á consule) edicto.s.á nobis proposito.de quo Cicero Philippica prima.nec multo post/inquit/edictũ Bruti affertur, & Cassij.quod quidem mihi/fortasse q eos etiã plus Reipu. q̃ familiaritatis gratia diligo/plenum æquitatis videbatur.& ad Atticum libro.xvj. de eisdem Rheginis inquit/hoc afferebant/Bruti & Cassij edictum.& paulopost. Antonij edictum legi/á Bruto & hoꝝ cõtrascriptum præclare. sed quid ista edicta valeant/aut quo spectent/planè non video.& ad M. Brutũ. Hæc ego multo ante prospiciẽs/fugiebã ex Italia/tũ/quũ me vestroꝝ edictoꝝ fama reuocauit.aut si hoc nõ placet/edictũ illud eorundẽ alterũ accipiemus/tempore/quod scimus/differẽs. de quo ad Atticum circa Idus Maias/Edictum/inquit/Bruti & Cassij probo.quæris/vt suscipiam cogitationem. quidnam istis agendũ putem.nõ/vt interpres/Antonij. Item ¶ Nã de delectibus habitis & pecunijs imperatis/exercitibus sollicitatis/& nuncijs trans mare missis) nõ nimium á Clerico perceptus locus.id est sic apud Appianum/Brutum & Cassiũ/Antonio diffisos ad Trebonium in Asiam/ad Tullium Cimbrum in Bithyniam clanculum misisse/vt

pecunias secreto cumularēt exercitumq; compara-
rent/Decimo.C.Bruto confisos/qui tres in lateribus
legiones paratas retinebat. Item ℭ Illud vero
quēadmodum ferendum sit/tute cogita/non licere
prætoribus/cōcordiæ ac libertatis causa/p edictum
de suo iure decedere/quādo cōsul arma minetur.)
scripta lectio melior.quin consul arma minetur.de-
cedebant enim de iure suo/ꝙ ex vrbe abesse vole-
bant.Id vero vel proposito ipsi edicto/vel vt p edi-
ctum cōsulis sibi liceret/ petierant/ quū in vrbe esse
potuissent.postulantibus id ab Antonio cōsule ipse
eis minabatur.

Ex Epi.vj.

ℭ Haberentq; in animo de præsidio Coss.designa-
torum referre) nō intelligit Plancum & Brutum/ut
stultissime asseuerat Clericus/sed Hircium & Pan-
sam / in proximum illum.s.annum designatos.ora-
tio/q̄ hoc die á se in senatu ad populūq; habitā ait/
tertia est/quartaq; Philippica.in tertia ita est de prę
sidio.Quamobrem/Tribuni plebis/quāq̄ vos nihil
aliud/nisi de præsidio/vt senatū tuto consules Cal.
Ian.habere possent/retulistis/tamen mihi videmini
magno consilio/atq; optima mente potestatē nobis
de tota Rep.fecisse dicendi.cū enim tuto Senatum
haberi sine pręsidio non posse iudicauistis/istud etiā
statuistis/intra muros Antonij scelus audaciāq; uer-
sari.& infra.præclare igitur facitis Tribuni pl.qui de
pręsidio Consulū/Senatusq; referatis:meritoq; ve-
stro maximas gratias vobis omnes & agere/& ha-
bere debemus.qui enim carere metu/& picul o poss

ſemus / in tanta hominum cupiditate / & audacia?
& paulopoſt. Quas ob res quod Tribuni ple. verba
fecerunt: vt Senatus Cal. Ian. tuto haberi / ſenten-
tiaeq; de ſumma Reip. libere dici poſſint / de ea re ita
cenſeo: vt C. Panſa / A. Hircius Cõſules deſignati
dent operam / vt Senatus Cal. Ian. tuto haberi poſ-
ſit: quodq; edictum D. Bruti imperatoris Conſulis
deſignati / optime de Repub. meriti propoſitum ſit:
Senatum. exiſtimare D. Brutum imperatorẽ Con-
ſulem deſignatum / optime de Rep. promereri / cum
Senatus autoritatem / populiq; Romani libertatem
Imperiumq; defendat / quodq; Galliam prouinciam
citeriorem optimoꝝ & fortiſſimoꝝ viroꝝ / amiciſſi-
moꝝ populo Ro. ciuium exercitum in Senatus po-
teſtate retineat: id eum / exercitũq; eius / municipia /
Colonias prouinciae Galliae / recte / atq; ordine / exq;
Rep. feciſſe / & facere: etiam de Bruti edicto. de quo
etiam in eadem. Hoc vero recens edictum D. Bruti,
quod paulo ante propoſitum eſt, certe ſilentio non
poteſt praeteriri. pollicetur enim ſe prouinciã Gal-
liam retenturũ in Senatus populiq; Ro. poteſtate.
O ciuem natum Reipublicae / memorẽ ſui nominis /
imitatoremq; maioꝝ. & quarta. quid D. Bruti iudi-
ciũ / Quir. quod ex hodierno eius edicto perſpicere
potuiſtis / num cui tandem cõtemnendum videtur?
recte & vere negaſtis Quirites.

Ex Epi. vij. ix. & x.

¶ Quãq̃ ſtatim Seiũ Graeceius ẽ ſubſecutus) nõdũ
pfecto a nobis Seio / cõtra q̃ iterpres. alioqui inſulſa

ſententia. Item ex.ix. ¶ Nõ te præterijt) præterit / in alijs rectius. ſicut &.x. ¶ Satis me multa ſcripſiſſe/quæ literis cõmentari poſſunt/arbitror.) cõmendari/lego ex ſenſu/alijs codicibus/& vſitato orationis genere.

Ex Epi.xiiij.

¶ Mirabiliter/mi Brute/Lętor/mea conſilia meaſq; ſententias á te probari/de deceuiris/ de adornãdo adoleſcente.) decemuiros illos ipſos accipio/quos vno sreijcit Clericus.ſ.agris diuidẽdis/ non quidem ex lege Cæſaris/ſed noua.de quibus ijſdem & Epiſtola poſt ſexta/& Plutarcus in Cicerone/agris.ſ.diuidundis & præmijs veteranis/ quoq; virtute ſuperatus eſſet Antonius/aſſignandis. ijdemq; hi ſunt/quos ex Appiano ad diſtributionem creatos ieiune ab interprete eius autoris cõuerſum eſt. Item ¶ Organum enim erat meũ ſenatus/Id iam diſſolutum.) aſſentior de organo Politiano/deq; etiã ſciamachia.vt tamẽ/quod ad ſciamachiã/ etiã in partẽ accipi bonam poſſit.tanq̃ ironicos iocoſeq; Cicero doleat/ſublatã ſibi/finito/vt putabatur/bello/concionũ & illius ſui oratorij regni exercendi facultatẽ. eam enim fuiſſe omniũ lætitiam/vt ne cogi quidem amplius ſenatus poſſit / quaſiq; pugnare in vmbras ac laruas Cicero videatur/qui ne tum quidẽ orare in ſenatu/& ad bellum incitare/fuſo fugatoq; Antonio/deſiſtat.

Ex Epi.xx.& xxj.

¶ Ipſum Cęſarem nihil ſanè de te queſtum/niſi dis

ctum/q̄ diceret) &c̄. dictum. substantiuo verbo ac=cipe. aliter q̄ Clericus/qui dictum ab Octauio inter=pretatur. Item ¶ Ab vtrisq̄ nobis de numis lente) aliter distinguito. vt sit. his dandos censeas ab vtrisq̄ nobis: De numis lente/&c̄. apparet id ex Ciceronis rescriptione. cōsilijs tuis/inquit insequēti Epistola/quæ scribis de quattuor legionibus/deq̄ agris assignandis ab vtrisq̄ vestrū/vehemēter assen tior. Item ¶ Quū quidam de collegis nostris agrariam curationem ligurirent) ambirent/percu=perēt. trāslata oratio. nō/vt interpres/proprie/vo=rando consumerent. Item ex xxj. ¶ Quū ego sensissem de his/qui exercitus haberent/sententiam ferri oportere.) vt. s. hi demum vel ex his quidam decemuiri crearentur. non/quod ineptit Vbertinus. qui mihi nōnunq̄ ad hæc cōmentanda non modo/ vt quondam Ennius ipse pater ad arma dicenda/ potus/sed planè ebrius prosiluisse videtur.

Ex Epi. xxiij. xxiiij. xxv. & xxvj.

¶. vlij. cal. Iunias) ementita dies: quū scribat/falsa esse & terrendi eius causa scripta/quæ superioribus literis cōplexus est/quas ipsas vij. cal. Iuñ. datas legi mus. itaq̄ in alterutra die mēdū est. Itē ¶ Pa= tibi antea subirascebar breuitati tuarū literarū) ego nō dubito/quin priorem lectionem sequi oporteat/ narro tibi. Antea subirascebar. &c̄. Hæc enim bar=bara insulsaq̄. Eadem cōplexione nō semel ad Atti=cum vsus. libro xv. narro tibi/inquit/hæc loca venu=sta sunt. & Secūdo. narro tibi/planè relegatus mih

videor/posteaq̃ in Formiano sum. & aliubi. Suaui sanè initio. Item ¶ Quã multa/q̃ paucis/te recte valere/operãq; date/vt quottidie melius/Lepidum cõmode sentire) q̃ multa q̃ paucis.i.q̃ multas res q̃ Paucis verbis complecteris scribendo/quum omnia hæc subiecta vno duobus úe versiculis expli cueris.nõ/ut Clericus. Epistolas subiectas duas q ita statuerit/vt priorẽ posteriori postponat/mihi valde probabitur.nisi diem acceptarũ potius/q̃ datarũ literarum sequi malumus.quod/nisi certa ratio suadeat/faciendũ nõ puto. Item ex xxvi. ¶ Deliberent/vnum traijciant legiones ex Aphrica/ necne/ex Sardinia/& Brutũ accersant/nec ne/& mihi stipendium dent/an nõ decernant) nisi ego fallor: ita belle distinguetur/.& mihi stipendium dent/an nõ/decernãt.vt sint per ironiam dicta omnia hæc. Tum sequatur serio.ad senatum literas misi.& reliqua.vt tamẽ citra crimen etiam alteram scripturam sequi possimus. Falso certe hinc colligit Clericus/ Brutum.s.Marcum in Sardinia fuisse/qui in Epiro & Græcia fuerit/vt ex Epistolis ad eũ Ciceronis apparet/historicisq; omnibus. Aphricanas legiones/quas etiam Plancus desyderabat/accipe/quas Appianus scribit ĩ Libya sub Sextio tres militasse/atq; á senatu/ ex his duas vt in Italiam agerent / Bruto Cassioq; imperatum/propter Cæsaris.s.Lepidiq; suspectam fidem vel apertam iam perfidiam.

Ex Epi.xxvij.& xxviij.

¶ Mihiq;/si sentis expedire/recte fieri credas/nullã

cõmunionem cũ improbis esse posse) distingue me-
lius.mihiq; / si sentis expedire recte fieri/ credas cõ-
munionẽ. &c̃. est autem recte fieri/in pace esse atq;
uiui ab omnibus. Item ex.xxviij.℄ Post Cæsa-
ris reditũ quid tibi maiori curæ fuit/q̃ vt essem ego
illi q̃familiarissimus.) reditũ intelligit vel ex Aphri-
ca/vel ex Hispania post debellatos Pompeij libe-
ros/ quinquies enim Romã venit Cæsar post motũ
ciuile bellum/primũ expulso ex Italia Pompeio/ite-
rum debellatis legatis Pompeij in Hispania/tertium
ex Aegypto/quartum ex Aphrica/quintum ex Hi-
spania. inde cæsus. quo minus autem præferri istam
superiori Epistolæ oporteat/nulla ratio est. quod &
Clericus monuit/& ipsæ Matij literæ Ciceroniana-
rum mentione satis arguunt.

EX LIBRO DVODECIMO EPISTOLARVM FAMILIARIVM.

Ex Epistola tertia.

Vanq̃ primũ quidq; explicemus.) quid/si:
q quanq; primũ quidq; explicemus. vt sit ex-
plicemus non imperatiui / sed subiunctiui
modi. vt grãmatici loquũtur. Item ℄ Sed im-
moderate quidẽ & ingrate nostra facilitate abutun-
tur) quidam/legendum cõtendimus. Innuit autem
præcipue Antonium. Item s.℄ Rep. á Dolo-

bella meo præclarissime gesta) propter.s.animad-
uersioné in eos/qui aram Cæsari erigere tentarent/
seditionemq; in vrbe cõcitassent. qua de re Cicero
prima Philippica. Alia/inquit/porro,propria Dolo-
bellæ.quæ/nisi Collega abfuisset:credo eis fuisse fu-
tura cõmunia. Nam/cũ serperet in vrbe infinitum
malum:idq; maneret in dies latius: ijdemq; bustum
in foro facerent:qui illam insepultam sepulturã effe
cerant:& quottidie magis magisq; perditi homines/
cũ sui similibus seruis/tectis ac tẽplis vrbis minaren-
tur:talis animaduersio fuit Dolobellæ cũ in auda-
ces sceleratosq; seruos/ tum in impuros/& nefarios
liberos:talisq; euersio illius execratæ colũnæ: vt mi-
rum mihi videatur:tã valde reliquũ tempus ab illo
vno die dissensisse.& ad Atticum. O mirificũ Dolo-
bellã meũ. Iam enim dico meũ/antea (crede mihi)
subdubitabam/magnã res habet.de saxo/
in crucem. Columnam tollere/locum illum sternen
dum locare. Quid quæris? Heroica. Sustulisse mihi
videtur simulationẽ desyderij, adhuc quæ serpebat
in dies/& inueterata videbatur,ne piculosa nostris
tyrãnoctonis esset. Nunc prorsus assentior tuis lite-
ris/speroq; meliora/quãq̃ istos ferre nõ possum/qui,
dum se pacẽ velle simulant/acta nefaria defendunt.
Appianus quoq;.Cæcer Amatij milites/& reliquus
ad hos populus/Amatij desiderio/ac eor/ quæ ge-
sta fuerant,dolore correpti/quoniã q̃maxime Anto
nius ob illum Populo acceptus ferebatur/eo modo
sesperni cõquerentes magnis clamoribus for occu-
pant. Antonium calũnijs insequũtur/magistratibus.
quoq; persuadent/vt Amatij loco aram collustran-

tes super ipsam Cæsari q̄primū faciant. Et pulsi deinde è foro à militibus/qui ab Antonio præmissi fuerant/maiori adhuc indignatione voces emittebant, nōnulli Cæsaris imagines interempti proferebant. Verū/cū quidam illis prædixisset/locū/in quo Cæsaris imagines fierent/demonstrare velle/statim insequūtur/hisq; perspectis ignem iniecerunt/quoad ab alijs ab Antonio missis/quidā resistentes interfecti sunt/ alij deprehensi ex seruorū numero cruci deleg antur. Qui vero ex liberis in vnū aderāt/ ex edito quodā loco p̄cipites trudūtur/ eóq; modo tumultus in populo sedat.

Ex Epi.ij.

¶ Quum in villa Metelli complures dies cōmentatus esset) orationē.s.quā habuit in Ciceronē acerbissimā/vt eū irritaret.ad eā Cicero Philippica.ij.sigillatim r̄ndet. Plutarcus quoq; in Cicerone.xiij.cal. Octob.habitā/posteaq; in scriptis editam prodens: Cicerone in senatū venire non auso ea die. Itē ¶ Reliquos / exceptis designatis, (ignosce mihi si non numero) consulares habes autores consilij publici/) distinguito. reliquos / exceptis designatis/ ignosce mihi/si nō numero consulares. Habes autores consilij publici.habet autem vim consulariū nomen.i.si nō existimo dignos / qui inter cōsulares referantur. Cicero ad Plancum.complures/inquit/in perturbatione Reip. Coss.dicti/quorū nemo cōsularis habitus/nisi qui animo extitit in Remp.cōsularis. Designatos accipe Hirciū & Pansam/nō Plācū & D.Brutum/vt Clericus. ij enim Romæ nō erant/

nec nisi in alterū annū designati. Hircius vero Pansaq; in proximū. Item ℭ Velim saluis nobis) me.s.& alijs/quos supra nominaui vere cousulares. vt opitulari vestris consilijs ac fortitudini possimus/ quod nec explicat/nec/vt arbitror/percipit Vbertinus. Item s̄.ℭ Nec mihi/qui idem tricesimo post die feci) ea.s.oratione/ q̄ habemus inter Philippicas primā.nā calendis Septē.habitam autor est in Cicerone Plutarcus.Pisonis vero calendis Sextilibus / ipse Cicero prima Philippica/ad Atticūq; libro.xvj.maxime aūt/inqt de M.Bruto/dolebat/me cal.Sext.in senatu non fuisse.Pisonē ferebat in Cœlum.& Philippica: Atq; vtinā P.C.cal. Sext. adesse potuissem.&c̄.Quā vero initio nominat orationem suā/illam accipe conspicuę diuinā Philippicā famæ/ voluitur a prima quæ proxima. Item ℭ Tuus enim necessarius affinitate noua delectatur. itaq; iā nō est studiosus ludoꝝ) Lepidum non inepte intelligi puto a Clerico/is enim sororem M.Bruti in matrimonio habuit/cuius alterā Cassius. autor Cicero ad M.Brutum Epistolis/Plutarcus in M.Bruto.Ludos vero proprie accipio/nam & M. Bruti prætoris absentis nomine habiti sunt anno/quo Cæsar occisus/& quos Veneri genitrici edidit Octauius:& Critonij cuiusdam ædilis/ Cicero ad Atticū/ Plutarcus in M.Bruto/Appianus libro tertio belloꝝ ciuilium. tametsi aliter existimat Crescentinas.

Ex Epi.v.vj.& vij.

ℭ Hiemē credo adhuc prohibuisse / quo minus de

te certũ haberemus.qd ageres/maximeq̃ vbi esses, loquebantur omnes/tamen credo/quod uolebant in Syria te esse/ habere copias.) indistincta oratio. ita melius.quo minus de te certum haberemus/quid ageres /maximeq̃ vbi esses. Loquebantur omnes tamẽ/credo q̃ volebant/in Syria te esse/habere copias. Item ex vj. ℂ Si/quod nolim/aduersi qd euenerit.) supioribus adiunge/ne sit/vt voluit Clericus / aposiopesis. Item ex vij. ℂ Ne Pansæ animus offenderetur.) si ab eo collegaq̃; ad te Asiã prouinciam Syriamq̃; & Dolobellam persequendũ traduxissem.Hoc est enim totius Epistolę argumentũ.oratio hæc/ vndecima est Philippica.In qua ostẽdit/fuisse/qui Hircio ac Pansæ Coss.id negociũ demandari vellent.contra quos ea oratione omni cõtentione pugnat/ vt Cassius potissimũ præficiatur. vbi & illa sunt.Brutus/inquit/& Cassius multis iam in rebus ipse sibi senatus fuit.Ad populum hac de re nõ extat cõcio.

Ex Epi.xj.xij.& xiij.

ℂ Data nonis Martijs) si non falsa dies/hæ literæ nonæ libri huius numerandæ fuerunt.vt illis præferantur/quarũ initiũ/ breuitas tuarũ literarũ.has enim accipio.Sed & proprætorẽ rectius Cassiũ inscripseris/q̃ procõsulem/ vt Aldus. erat enim prætor/quũ Cæsarẽ interemit. nã & de insequentibus Clerico assentior. Item ex xiij. ℂ Tum instauratione tuarum laudum.) q.s.audita Bruti ex Mutina eruptione/fugaq̃ Antonij/ gratulantium turbæ Ciceronem domi suæ cõuentum veluti ouantem in Ca

pitolium deduxerunt.autor Plutarcus in Cicerone. Item ℂQui spem sæpe transitionis præbendo).i. transfugiendi ad nos.non simpliciter/vt Clericus/ discedēdi. est aūt oīo duriuscula orōne hic Cassius/ vt militem magis/eumq;/vt ferī/præcipitē/q̃ literis deditū agnoscas.

Ex Epi.xiiij.xv.

ℂPerseuerātia in cōtentione optimi cuiusq;) contemptione/scribi debuit. Item ℂPrimus enim ego leges Antonianas fregi) quid/si legiones. Itē ex xv.ℂQuæ M.Brutus V.C.tenebat) vir clarissimus/notæ eę significāt pbo.q̄uis in alijs codicib⁹ falso/vester cōsul/sit extensū. Itē ℂCorrectis vectigalib⁹) correptis in alijs exēplaribus & interpreti rectius.infra/&/q̃ deposui/pecuniā colligerē/ quidqd ex ea correptū esset. Itē ℂSiue patientia paucoꝝ) potentia/scribo. nam & superiori Epistola.nec tamen/inquit/omnes perditos esse puto. Sed ijdem illi/qui tum fugientem patrē meū/qui L. Lentulum/qui Pompeiū/qui cœteros viros clarissimos nō receperunt.ijdem tanq̃ aliquo fato & nunc aut magistratum gerunt/aut eos / qui sunt in magistratu/ in sua habent potestate. Itē ℂneq; vestra ex parte/neq; nostro præsentium) &c̃. quid/si neq; vlla ex parte/&c̃.nam ī alijs est/neq; nostra ex parte. quod nihil aliud q̃ mandatū vel nostrum vel vestrum significare potest.quod nescio q̃ latine dici potuerit.hic est/opinor/Lētulus/P. Lentuli eius/ad quē sunt libro primo Ciceronis Epistolæ/ filius/ qui se temere conspirationis in cędem Iulij Cæsaris so-

cium afferens/quod superiori quoque Epistola fecit/ demũ ab Antonio & Augusto cæsus est. autor Plutarcus in Cæsare/Appianusq;.

Ex Epi.xvij.xviij.& xx.

¶ Huic tu libro maxime velim ex animo/Si minus gratiæ causa suffragere.) peruersa distinctio locum male perceptum indicat. ego ita. Si minus/gratiæ causa suffragere. hoc enim dicit. primum opto/ut ex animo faueas meo operi/Sin id fieri nequit/in gratiam certe meã faueas. nõ/quod sit tibi ingratũ/vt Clericus perperam. Item ex xviij. ¶ Hoc vos magnos oratores facere nõnũq̃.) vt postremis criminibus atque obiectionibus primo respondeatis. non/ vt Clericus. Item ¶ Nec ante/q̃ scisses/quo iste nescio qui Cæcilius Bassus erumperet/quidq̃ constituturũ) Bellũ in Syria Cæcilius Bassus eques Ro. Pompeianarum partiũ excitauit/relicto á legione Sexto Cæsare/qui ad Bassum trãsierat/occisoq; eo. autor is/qui ex Liuio Epitomẽ fecit. Appianus vero ostendit/Cæcilij huius Bassi gratia cæsum in castris á legione/q̃ Cæsar iam tum in Parthos meditatus bellum/circa ea loca reliquerat/Sextum Iuliũ quendã Cæsaris propinquũ/ideoq; in legionẽ Bassumq́ á Cęsare Murcũ Crispumq; immissos/vsque ad Cassij tempora post Iulij mortem depugnasse/in quo tumultu/tametsi nulla Cornificij mentio/uero tamen prope est/eum/qui tum Libyæ præfuerit/tumultuatum. nam/quæ idem Appianus de bello inter Cornificium Sextiumq; gesto/post mortem Iulij Cæsa-

ris tyranni acta sunt. Vicesimas autẽ literas sentẽtia ipsarum docet/ẽ loco dimotas.&/quantum diuino/ Cornificianis istis omnibus præferendas.is enim ex prouincia Romã nõ redijt/sed in ea cęsus ad extremũ est.

Ex Epi.xxij.

❡Collega nostro Antonio bellũ gerimus) dij boni/quid istud iam nugarum est?negat homo imperitissimus collegam fuisse Ciceroni in Auguratu M. Antoniũ.quod ex Cicerone ipso plurimis locis Plutarcoq; constat.Et/quod maioris est inscitiæ/Antonium existimat hunc esse / qui cũ Cicero consulatũ gesserit.quũ Plutarcus vel ipso in limine vitæ M.Antonij nepotẽ ex fratre Antonij eius Ciceronis in cõsulatu collegæ fuisse eum tradat.

Ex Epi.xxvj.

❡Quas mihi Cornificius altero vicesimo die/ut dicebat/reddidit) altero vicesimo puto vicesimo secundo esse.nõ/vt garrit Clericus/quadragesimo. Item ❡Pansa tuas literas recitauit) stulte aliũ hũc á consule accipit Clericus/dignus tamen venia/qui duas Epistolas in vnã coagulatas inuenerit.quæ ita commode diuidentur/vt posterior inde incohetur/ P.Luceium mihi meũ/&c. vel inde/ Hircium quidẽ & Pansam.quo mendo etiam in Epistolis ad Atticũ crebro peccatũ est.nisi vero multo ante actam rem referri hoc initio malumus accipere.quis enim in senatu literas recitaret/præter cõsulem?aut quis alius

tum in magistratu Pansa(nam alterum quendã no-
minat Pansam Appianus/qui sit ad Brutũ Cassium
ue a senatu missus/ & quidem Aphricanarũ legionũ
gratia. Item ℭ Vt Minerua nostra / custos vr-
bis/ q̃ turbo deiecerat/restitueretur) planè hæc ac-
cipio/nõ/vt Clericus/ per allegoriã. Itẽ ℭ Et
offensionem minotauri.i.clauis & tauri) omnino de
certis hominibus intelligendum demonstrat / quod
subditur/postulabatur aũt etiam/vt illi notarentur.
sed Pansa clemẽtior.vt legi possit/& offensiõe Cal-
uisij & Tauri/quod in quibusdam est manuscriptis
exẽplaribus.quãuis Clericus suo more vaticinet.
Item ℭ Neq; quũ elicere vellet ad cædis causam/
tum tentare insidijs) tentaret/sensus exigit. signifi-
cat autem illam M. Antonij orationem in se/de qua
supra quoq; diximus ex Plutarco ipsoq;. Item
ℭ Neq; enim statui/qd in tanta perturbatione ha-
bere potuisti) statuti quid/puto rectius.

Ex Epi.xxviij.& xxx.

ℭ Ne minus te dignus viderere) nimis/ aptius in-
terpreti quoq; agnitum. Item ex xxx. ℭ Sed/
a magistris quũ cõtenderem de proferẽdo die/pro-
bauerunt mihi/se se/quo minus id facerent/& com-
promisso & iureiurando impediri) aberrat Cleri-
cus.magistros societatis accipe/ cui debebat Luce-
ius.cõpromissum/ inter ipsos magistros mutuã pro-
missionem/ne cui.s.debitori diem soluendi profer-
rent.id enim puto dici.de magistris societatum iure
consulti passim/sed & alibi Cicero.

EX LIBRO DECIMO TERTIO EPISTOLARVM FAMILIARIVM.

Ex Epiſtola tertia.

Eſtigia ſummoꝝ hominũ ſibi tuenda eſſe
u dicit) locum etiam/vbi plantas poſuerint Epicurei / potius/q̃ imitationes/vt Clericus.eſt autẽ ſcripta Epiſtola ex Athenis/ Cicerone in Ciliciam prouinciã abeunte.ipſe ad Atticũ.apud Patronẽ/& reliquos Varrones te in maxima gratia poſui/& hercule merito tuo feci.nam mihi is ter dixit/reſcripſiſſe ad te/mihi ex illis literis rẽ illam curæ fuiſſe / quod ei pergratum erat. Sed/cũ Patro mecũ egiſſet/vt peterem á veſtro Ariopago/ tollerent / quẽ Polycharmo Pr.fecerant/cõmodius viſum ẽ/& Zenoni/me/& poſt ipſi Patroni/ad Mẽmiũ ſcribere/qui pridie/q̃ ego Athenas veni/Mitylenas profectus erat/vt is ad ſuos ſcriberet/poſſe id ſua voluntate fieri.non enim dubitabat Zeno/quin ab Ariopagitis inuito Mẽmio impetrari non poſſet. Fannius autem ædificandi conſilium abiecerat/ ſed erat Patroni iratus.Itaq; ſcripſi ad eum accurate/cuius Epiſtolæ miſi àd te exemplum.

Ex Epi.vj.vij.viij.& ix.

¶ Vt notam apponam eam/ quæ mihi tecum conuenit)non tam ad illam decurtationem verboꝝ li-

terarumq; singularum/quas putauit interpres/pertinere arbitror/q̃ ad breuitatem Epistolarum/clausulã veluti solam habiturarum/sibi gratum futurum/ si cõmendatorum causam susceperit. aut eiusmodi aliam. hinc dictum illud existimo/de meliore nota cõmendare/quod alibi expositũ ẽ á nobis. quæ mihi tecũ conuenit/qua me ad te vti decet/breui. s. nec nimis vt inter amicos sit/ambitiosa. nõ/ut Clericus/q̃ ego veluti secreto snm pactus. Item ❡ Quem his literis cognoscere volui) consignare/in alijs recte. Item ex vij. ❡ Cuius causam quãtopere cuperem) causa/melius. Item ex ix. ❡ L. Sextius optimus adulescẽs) P. filium quoq; nominat in oratione pro patre. vtrobiq; itidem scribendum. Item ❡ Si Publius Sestius homini maxime necessario satisfecerit) pro me/in alijs additũ. quod ego ita seruari volo/vt p me/scribatur. Item ex x. ❡ Quibuscũq; rebus posses/commendare) commodare/interpres & cœtera exemplaria probe.

Ex Epi. xxix. & xxx.

❡ Vt / si quid tibi satisdandum erit amplius eo nomine / non peti cures / vt satisdetur fide mea.) distingue ex sensu atq; interprete ita. vt/si quid tibi satisdandum erit/amplius eo nomine non peti/cures/ ut satisdetur fide mea. est autẽ/tibi/apud te. nisi/ibi/ legere malimus / quod non valde laboro. illud potius/amplius nõ peti/nõ modo/vt Clericus/ab ipso Messino/sed ab vllo quoq; alio. quorum magis causa q̃ ipsius litigatoris satisdatio exigebatur. q. s. in cõtro

uersiam venire poterat / hereditas ne ad eũ/qui tũ peteret/pertineret: atq; ideo ab alijs quæstioné reis moueri/quasi minus recte soluissent / non iusto hæredi. Item ex xxx. ¶ Tantum tibi sumito pro Capitone apud Cæsarem) sumito imperatiuus est/ non / summitto / vt Clericus.

Ex Epi. xlvj. xlix. lv. & lvj.

¶ Mihi cũ eo modo quotidianam consuetudinem summã intercedere) cũ eo non modo / apparet legendũ/ex alijs codicibus/sensuq;. Item ex xlix. ¶ Quum primum in eam insulam quęstor veneris) qd/ sic primus. neq; enim multo ante redacta fuerat in formam prouinciæ Cypros/L. Pisone & Gabinio Coss. Item ex lv. ¶ q; in longa apparatione) Apparitione / habent cæteri codices/ idq; ex sensu ferè probo. Item ex lvj. ¶ Quin ad tuam voluptatem magnus cumulus accedat cõmendationis meæ.) voluntaté/ex alijs codicibus magis scribi placet. qa supra dixit/te ipsius causa vehemẽter omnia velle.

Ex Epi. lvij. & lxij.

¶ Eos neq; ex edicto neq; ex decreto depositã habuisse) potes proprætoris ipsius edictum atq; decretum accipere: potius q̃ Ro. prætoris ac senatus/vt Clericus. proponebant enim & procõsules proprætoresq; singuli edictum suum. Decretum vero etiam singulare iudicium pronunciationemq; dixere veteres latini. qui enim vsuras pendere amplius nol et/

interposito pręsidis decreto/quũ/cui solueretur/nõ esset ad manũ/creditam pecuniam deponebant. Item ex lxij. ℭ Sũma enim eius erga me officia extiterunt.) adiunge his sequentia. est enim extiterũt his nostris temporibus. nõ/cõmẽdo his nostris temporibus. bonam aũt dicit beneuolentiam/.i. ueram/ & q̃ aliubi fidelem/non fictam atq; simulatam.

Ex Epi. lxiiij. & lxvj.

ℭ Et si in Attilij negocio te amaui) si/vacat. nam adijcit. & me hercule semper sic in animo habui. Item ex lxvj. ℭ Magnum Theatrum habet ista prouincia/non/vt hæc nostra/Adolescentis nobilis/ingeniosi/abstinentis cõmendationem atq; gloriam.) sensus est/ni fallor. licet tibi amplius re ipsa inseruire & cõmodare Neroni/q̃ ego verbis explicare. prouincia igitur tua suscipiendi Adulescẽtis multas variasq; causas/habet magnũ latumq; theatrum.i. spacium atq; areã. nam ego quidem vno versiculo expedire cõmendationem meam possum/vt.s. Adolescentem esse tibi cõfirmem/nobilem/ingeniosum/abstinentẽ. de fortuna quid balbutiat Clericus/demiror.

Ex Epi. lxviij. & lxx. lxxj.

ℭ q; si Romæ fuisset) fuisses/legi malim/vt ex alijs etiam codicibus docemur. est autem hic P. Seruilius Iulij Cæsaris in secundo eius cõsulatu collega/non prætor Asiæ/vt Clericus/sed proconsul. Item ex lxx. ℭ Cęsari collegæ nostro fore curæ) vide/ne

collegam dicat/ ꝙ ipse & Seruilius Augures/ Cæsar esset Pontifex maximus.nam/ quia perpetua ea dignitas erat/ ideo plures Ciceroni collegas peperit: vt M. Antonium/ Cornificium/ Appium: alios.nam ridicula quidem Clerici expositio.præferri vero superioribus duabus Epistolis has literas/ è re esse arbitror. Item ex lxxj. ℂ Tantum & honoris mei causa commodes) tantum ei honoris. &c. Scribo. qua orationis constructione superius persæpe vsus: leue hoc/ sed tamē omnibus exemplaribus peruulgatum.

Ex Epi.lxxij.lxxvj.lxxvij.lxix.& lxxx.

ℂ P. Seruilio Sulpitio) arbitror vacare/ Sulpitio/ ex varietate.s.exemplarium ascitū. aut quia in quibusdam/ Seruio Sulpitio/ inscripta esset.Septuagesimam vero sextam/ quæ nunc est/ præcedenti Epistolæ anteferri conuenit. Item ex lxxvij. ℂ Vt de loco/ quod deportet frumentum) quo/ melius. Item ex lxxix. ℂ P. Sulpitio imperatori) quid/ sit P. Vatinio.propter Epistolas/ quæ sunt ab eo ad Ciceronem libro quinto: in quibus & de supplicationibus & de Dionysio multa. Item ex lxxx. ℂ Et innuo cognitū.) distingue/ patefacio & iunuo.vel/ vt in alijs/ munio.cognitum/ per te ipsum &c.

EX LIBRO DECIMO QVARTO EPISTOLARVM FAMILIARIVM.

Ex Epiſtola Prima.

TErentiæ & Tulliæ & Ciceroni ſuis) vni Terentiæ/ex ſenſu/inſcribi oportuit. quattuor vero hæ primæ Epiſtolæ ita digerēdæ ſunt/ex dierū.ſ.ac rei geſtæ ordine/vt/quæ quarta nūc eſt in primum locum veniat. quæ ſecunda/eodem maneat. quæ prima/in tertium/quæ tertia/in quartum abeat. id ita eſſe deprehēdet/qui librum tertiū Epiſtolarum ad Atticum diligentius inſpiciat. neq; vero ſunt omnes ab exule Cicerone ſcriptæ libri huius literæ/ſed quattuor tantū primæ. in quo repuerаſcit Clericus. Ego/vt ante ſum teſtatus/ad ſententiam Ciceronis/quod ego vnum quæro hoc opere/conſequendam maximo arbitror ſeriem Epiſtolarū per tempora ſua ſeruatam adiumento eſſe atq; decori. itaq; regrediar/& primā illam/quæ eſſe debuit/conſtituam.

Ex Epi. prima. Ego minus.

❡ Minus eſt erratū a nobis/ſi hæc mala fixa ſunt.) perperam diſtincta oratio. ita debuit. Sin hæc mala fixa ſunt/Ego vero te q̄primum mea vita cupio videre/& in tuo complexu emori. ex ſenſu. Item ❡ Brunduſio profecti ſumus ad. v. cal. Maij) vide/ne mendoſa dies/quū ſubijciat/datas haſce literas

pridie cal. Maij Brundusio. & ad Atticū libro tertio Epistolam septimā datā significet pridie Cal. Maij/ Brundusio/ quū proficisceretur. vt & hic ita legi/ ni fallor/ oporteat. nā in eadem quidem illa ad Atticū corrupta initio ascripta dies. nisi vero probat qs id/ quod nobis aliquādo placuit: ex vna. s. duas efficere Epistolas/ vt sit superioris hic finis. Brundusio ad. v. cal. Maij. Tum sequatur alterius hoc initiū. Brundusio profecti sumus per Macedoniam. &c. Et sanè diuersarum Epistolarum argumentum cōmixtum esse videtur. Item ℂ Cœtera/ q̄q̄ ferenda sunt/ feramus) q̄q̄ ferenda nō sunt/ arbitror relictū á Cicerone/ ex sensu. nanq; & ad Atticū sæpe queritur/ occasionē bellissimā mortis á se esse prætermissam. Item ℂ Cennius est perbeneuolus nobis) quid/ si de eo sentiat/ quē supra M. Ennium Flaccum nominauit: vt M. Ennius/ scribi debuerit/ aut ibi/ Cenniū. sed hoc magis/ nam & Vates Ennius indidem.

Ex Epi. iij. Et literis multorū. & iiij. Accepi.

ℂ Plancus homo officiosissimus me cupit esse secū) Plancus qdē hic Thessalonicæ habitauit/ q̄tū ex lr̄is ad Atticū lib. iij. colligas. vt verear/ ne duæ Epistolę iā vnā coierit. nā ex Dyrrachio datas apparet/ quo se Thessalonica contulit. ipse ad Atticū. ego/ inquit/ pp viæ celebritatē & quottidianā expectationē rerū nouarū/ non cōmoui me adhuc Thessalonica. Sed iā extrudimur/ nō á Planco (nā is qdē retinet) &c. Itē ex iiij. ℂ Si pficitis/ qd agitis/ qđ agitis. vt sæpe docuimus scribendū. itaq; alij habent codices.

¶ Nec sæpe est/cui literas demus/nec rē habemus vllam/q̄ scribere velimus) arbitror Epistolam ex castris Pompeianis in Epiro vel Thessalia: ac insequētibus quattuor/prius q̄ ad Pompeium ex Italia transiret/vel ex itinere missis postponendam. ita tamē/vt ex eis quoq; quattuor secunda in primum locum trāsferatur. Sicut & præponenda ea/ cuius initium/quod nos/ei/cuius/si vales/bene est. quarū vtraq; fugato in Thessalia fusoq; Pompeio/ ac Cicerone in Italiam reuerso scripta est. Consiliū vero suū/quod improbat/nō tam reuersionis in Italiam est/ quā q; Pompeianos/quos adhuc sequutus erat/dereliquerit/vt iam ab vtrisq; metuere cogatur. quod ipsum non semel apud Atticum conqueritur.

Ex Epi. cōsyderandū. & alijs.

Epistolam eam/q; scripta est initio bellorū ciuilium/puto ita collocandā/vt nō modo alijs superioribus/sed ijs etiā ipsis omnibus/quas proxime in ordinem digessimus/anteponatur. statimq; ei subijciatur/quę Athenis scripta est / Cicerone ex Cilicia redeunte. erit igitur hęc/qua de loquor/Sexta. Septima vero/cuius initium/ si vos valetis. quod ad Sextā/ipse ad Atticū libro. vij. Epi. xj. vidi/ inquit/ Lentulum Cos. Formijs. x. Cal. Feb. (nam ita legendū eo loco arbitror) & in eadem infra. etiā qd censeas de Terentia & Tullia/Romæ eas/an mecū/an aliquo tuto loco. vt Cal. hic quoq; subscriptas Feb. interpretere. Sed

& xij.xiij.xiiij.xv.xvj.xviij.xx. mouet me / ꝙ hæ oẽs ad Atticũ lr̃æ Ianuario & Februario scriptæ videnť. vt in illis ipsis suspicer peccatũ/qd.n.tã cito a Iunio ad Februariũ? Sed/quidqd sit/argumentũ certe cõuenit. Scriptas.n.cõstat Cæsare ex Gallia mouente ad vrbem occupãdam. Sed/vt omnes vna opera/si põt/collocemus/vide/nũ octauam libri huiꝰ facere possimus/cuius initiũ/S.u.b.e./e.q.u. valetudinem. Nonam/oẽs molestias. & si de duabus his potissimũ ambigo. x./cuius/ad cæteras. xj./cuiꝰ/Quod scripsi. xij./cuius/ Quid fieri. xiij./cuius/nec sæpe est. xiiij./ cuius. ꝙ nos in Italiam. xv./cuius / in maximis. xvj./ Etsi eiusmodi. xvij./Siqd haberem. xviij./S.u.b.e.u. Tullia nostra. xix./ S.u.b.e.u. constitueramus. xx./ S.u.b.e.u. redditæ. xxj./ Nos neq;. xxij./ Nos quotidie. xiij./ In Thusculanum. xxiiij./ Da operam. vt in ea/quã septimam fecimus/Caľ. Febr̃. pro Quintiľ. reponas. ipse ad Atticum. quarto Noñ. Febr̃. mulieres nostræ Formias venerunt.

EX LIBRO DECIMO QVINTO EPISTOLARVM FAMILIARIVM.

Ex Epistola Prima. & iiij.

p Arcorem Orodi regis Parthorum filium) Pacorꝫ/alij vocant/Ciceroq; ipse ad Atticum libro quinto/rem eandem perscribẽs.

nobis primam esse libri huius Epistolam placet/quã ad Catonem scripsit priorem/ in ea enim nihil dum senatui scripsisse indicat/in ea/impetũ in Cappadociam potius legerim/q̃/in Cappadocia. Item ex iiij. ℂ Biduum Laodiceæ fui/ Deinde Apameæ quatriduũ/triduũ synadis/totidem dies pnilomeli.) aliter ad Atticũ. moratus/inquit/ triduũ Laodiceæ/ Triduum Apameæ/& totidem dies Synade.& alia Epistola: Laodiceã pridie Cal. Sextil. Venimus/ibi morati biduũ pillustres fuimus/honorificisq; verbis omnes iniurias reuellimus superiores. Deinde Apameę quinq; dies morati/synadis triduum/Philomeli quinq; dies/& Iconij decem. itaq; ad consentaneam scripturam loci redigendi. indidem. ℂ Castra in radicibus Amani habuimus apud aras quatriduũ) superiore loco ad Atticum/ibi/inquit/ quinq; dies morati. Item ℂ Ad oppidũ Eleuchencilicũ) Eleutherocilicũ/est ad Atticum. Item ℂ Cuius etiã interitũ/facile intelligerem/mihi quantũ tribueres/ Milonis causa in senatu defendenda approbaris) deest/vt/quo sit/vt facile intelligerem. ex alijs. sicut &/studui/paulopost/non/studij. Itẽ ℂ M. Maneio legato imperaui) super ori xiij. libro pluribus locis M. Anneium legimus. vtrobi melius/nõ decerno. idem vtrobiq; legendum/nõ dissimulo. Itẽ ℂ Magnũq; eoꝝ equitatum / qui in Ciliciam inuasisset ab equitatu in eoꝝ turmis/& á cohorte prætoria/quæ erat Epiphaniæ p̃sidij causa/occidione occisum) legendũ est. ab equitum meoꝝ turmis/ni fallimur/ex sensu. nam & turmas de equitibus/ut de peditibus coh ortes/dicimus/& habent quidã codices/

equitatu meorum/incorruptum ex parte. Item ¶ Sed/ut memini/Rep. cõseruata) ut nemini/scri bimus. eam sententiam pluribus locis Cicero per scriptam reliquit.

Ex Epi. vj.

¶ In qua vnnm extitisse/mirabile est) de ipso potius/ad quem scribit/accipio/q̃/ut voluit iterpres/ de Censorio. pertinet vero ad argumentum huius superiorisq; Epistolæ/scire/Ciceroni supplicationẽ quidem non decreuisse/honorifice tamen de eo locutum. quod Cœlius significat libro octauo/in Epistola/cuius initiũ/nõ diu sed acriter. Sed & Cicero ipse ad Cœlium Atticumq;.

Ex Epi. x. xj. & xij.

¶ M.T.C. C. Marcello cons. desi.) designati verbum arbitror eradendum/ qm̃ iam esset magistratũ ingressus. literæ enim hæ Ciceronis/ut in Cœlianis Epistolis vidimus & ad Appium/in Ianuariũ mensem inciderunt. idq; etiam de insequentis Epistolæ inscriptione multo magis dicimus. deniq; sunt codices / qui id verbum non habeant. Item ex xij. ¶ Quãdo hic nec opinatus nec improuisus prouinciæ casus) nec prouisus/puto legendũ. ipse ad Appium/quũ & cõtra voluntatem meã/& præter opinionem accidisset/ut mihi cũ imperio in prouinciã proficisci necesse esset. idem erit/ si legas / & improuisus. ut alij habent codices.

Ex Epi.xv.

¶ Quando eius cõsilij princeps ego fuisse videor) discedendi á ciuilibus bellis.nõ/vt Clericus/concitandi.primus enim Cicero sponte sua/fuso in Pharsalia Pompeio/se á bello mouit/& in Italiam contulit.autor Plutarchus in Cicerone.alij.n.se in Aphricam/ alij in Achaiam/quidam in Siciliam/cœteri in Hispaniam cõtulere.Cassius vero Cæsari ex ea pugna Pompeium in Aegyptum insequenti circa Helespontum se dedidit cũ multis triremibus/atq; ita á ciuilibus quieuit bellis.autor Appianus.quod etiam ad argumentũ Epistolæ pertinet. Item ¶ Pro sua quisq; per te ferre potuisset) parte/ex sensu hñt alij codices.

Ex Epi.xvj.

¶ Catius insuper Epicureus) quid/si/Catius insuber. Item ¶ Quæ ille Gargatius etiã ante Democritus) Et iam/duobus verbis lego.qui error Liuij quoq; ac Salustij & multoꝶ alioꝶ voluminibus irrepsit. Item ¶ His aũt spectris etiam si oculi possent feriri/quod velis/ipsa currunt) aliubi.q; vel ijs ipsa currunt.vt possis/incurrunt legere/atq; etiã/ ipsi/nõ ipsa. Item ¶ Ex qua hæresi in hominibus armatis deiectus sis) non muto alioꝶ codicum scripturam:vbi est/vi/hominib⁹ armatis.ex formula interdicti/vnde vi.de quo q̃a ex iurisconsultis multa in Trebatianas Epistolas desumpsimus/nihil hoc loco implico.qui ea legerit/etiam quid significet/hoc anno/intelliget.interdictum certe plus q̃ ridicule in

terpretatur Vbertinus iste prohibitionem/ne restituatur. quũ significat ius ipsum potius/& vt ita dixerim/remedium petendi restitutionem in rem suam. quid interdictum ab actione distet/iurisconsulti tractant.

Ex Epi. xviij.

¶ Vbi igitur/inquies/philosophia tua? Et quidem in culina meà molesta est.) quid/ si? Et quidẽ inquilina mea. molesta est. ut/ꝙ tuã dicit Cassius/Cicero inquilinam suppleat. quasi quæ ei pensionem veluti in domo pẽdat. inde respõdeat Cassio. molesta est. me. s. assiduis querimonijs excruciat. Exprobatꝗ; mihi seruitutem vel meã Cæsari/vel suam mihi/quasi ego non nisi ad famulatum quendam ea vtar in rebus. s. meis perditis. nam Clericus quidem non satisfacit. Item ¶ Itaꝗ facio/ me alias res agere) quid/ si? Itaꝗ scito/me. &c. nam duriusculus alioqui sermo. &c.

Ex Epi. xix. & xx.

¶ Tot rusticos Stoicos regeram) quid/si? regerã/ reijciam/confutabo/refellam. tametsi Clericus aliter. Item ¶ Scies enim eodem tempore) sciterem/vereor/ ne reponẽdum sit/ex sensu. Item ex xx. ¶ Iter tuum cuiusmodi sit ad nos) in alijs/ tuum/abest. quod vel probo/vel/ad nos/expungo. vt & ante/olim. ex/aliquantulum/enim/ factum est perperam/aliquantum olim. tametsi alij vtrũꝗ habent. Ego vero peruelim & Cassianas has literas & Trebonianas cæteris ad eosdem adiungi. quũ ne sic

quidem tempoꝝ ordinem assequuti sint/qui disiunxere, quæ enim ante scriptæ erant/in posteriorem librum collatæ sunt. sed spero breui á nobis opus hoc longe aliter/q̃ sit hactenus/dispositũ/foras iri datũ. idq; non inuita/vt aiunt/Minerua / sed dijs hominibusq; atq; ipsis Ciceronianis manibus approbaturis, vt/qui hæc habuerit/non sit magnopere eorum temporum historiam desyderaturus.

EX LIBRO DECIMO SEXTO EPISTOLARVM FAMILIARIVM.

Ex Epistola Prima. & alijs.

Alo te paulo valentẽ/q̃ statim imbecillum videre) ex sensu lego/paulopost valentẽ. Item ex vij. ℭ Tertiã ad te hanc Epistolã scripsi eodem die) hoc ostendit superiori Epistolæ adscribendam diem non. vj. sed/vij. Idus Nouẽbris. ex his prima est/quæ hanc præcedit/altera/quæ voluminis insipienter prima collocata est. tertia hæc. quare & præcedẽtes oẽs hac serie rediges/vt prima initiumq; libri sit. Cicero meus & frater & fratris filius. secũda/nõ queo. tertia/nos apud. quarta/varie sum affectus. quinta/vide quãta in te. sexta/tertiam ad te. septima/septimũ iam diem. octaua/magnę nobis. nam & in ea/q̃ fecerunt primã/est/volebã ad te Marionẽ remittere, quẽ in ea / q̃ nos maluimus pri-

nā constituere/antea misisse scribit/ Marionem/inquit/ad te eo misi.is quum ad Ciceronem cū literis Tyronis reuertisset/cogitabat Cicero de eo ad Tyronem remittendo.venisse cū literis ad Ciceronem apparet eā/quā nos quartā statuimus / quæ incipit/ varie sum affectus.sed dies quoq; ipsi plærisq; ex his integre appositi eum ordinem suadēt.Ac/tametsi/ quod nequaq̄ tamē arbitror/ā Tyrone/qui Epistolas in volumen redegit/in hoc esset erratum/nō ab re tamen esse ducerem / temporum ordinem sequi/ illiusq; incuriæ subuenire.nam alioqui consequentia hæc literaꝝ magnū ad sensus perceptionē momentum habet.vel in ea ipsa/quā diximus poni primam debuisse/postq̄ cibum cæpisti/non est/quū iam stomachum receperis/vt voluit interpres/id quod tractum temporis requirit/nō sesquidiē/quū ad quartū nonas Nouembris discessisset ā Tyrone Cicero/ad tertiū vero has dederit.sed/vbi cibū sumpseris. Item ex ea quæ nobis quarta est. ¶ Tu / quū tua & mea maxime interest/te valere/tum multis est curæ adhuc) q̄d/si sit tū multis ēs curæ.adhuc/dū mihi,&c.

V.

Ex Epi.xj.quo in discrimine.& xij.ego vero.

¶ Id ille si fecerit/spes est pacis/non enim honestę leges imponuntur) manuscripti quidam codices recte.spes est pacis/nō honestę.leges enim imponuntur. Item ex xij. ¶ Docui enim te/fides etimon quod haberet) quidam/etipon.non probo.fidem ā fio dictā sentire innuit.quod & officioꝝ libro primo testatum reliquit.interpres quoq; fallitur. Ego vero

ne hic quidem temporis ordinem arbitror in dige-rendis Epistolis seruatum/hancq; &/quæ sequitur/ suppositis duabus postponendas.nam / q; hic dies ascripta est xiiij.Cal.Ian. deprauatus codex/q; iam superioribus duabus Epistolis se pridie Nonas Ian. Romã venisse ait/ quũ etiam tũ Patris aut certe in nauigatione esset Tyro/quẽ hac Epistola iã attigisse Italiam demonstrat. potest igitur æstimari/legendũ ne sit/xiiij.Cal.Iunij.vt duodecima sit/quæ incipit/ omnia á te. quæ habet diem quartũ Idus April.ter-tiadecima/Andricus postridie. quæ tertiũ.decima-quarta/Aegypta ad me venit.decima qnta hæc/de qua agimus.nisi vero insequentis anni Ianuariũ in-telligas.nam alioqui & ad Atticũ literis / quas circa Idus April.dederat/nondum venisse in Italiam Ty-ronem significat/ & quas postridie Idus.ac primum de reuerso Tyrone loquit primis literis libri.xij.circa .s.subsequuti anni Septẽbrẽ.quare/ si pro Pompeio Pomponius legeris in eadem hac/cuius initium/ego vero/recte mea sentẽtia locũ restitueris/propter.s. mortuũ ante Pompeium magnũ. itaq; ea deinceps Epistolas propositis numeris acciemus.vt tamen in eadẽ/de qua agimus/pro/mutasse/muta esse/ quod in alijs exemplaribus legitur/reponas.

Ex Epi.i.Cicero me⁹.yj.tertiã hãc.ix.&.xiij.

¶ Desideriũ/vt q̃primũ)quoquo modo/vt de va-letudine nihil curet.con tra quã Clericus. Item ex vj.¶ Quãdo nõ con tingit)contigit/alij rectius. Item ex ix.¶ Equũ & mulũ Brũdusij tibi relinqui)

reliqui/malim scribere. neq; enim iungitur cũ superioribus/vt uoluit Clericus. est aũt/misi Curio/significatũ.s. aut dictũ. vt vulgo loqmur. ipse ad Atticũ. tu mihi de Caninij naufragio quasi dubia re misisti. ex xiij. ℭ Dies promissorũ adest/quẽ etiã repræsentabo/si veneris) nõ percipit loci sensum interpres. adest/significat/in propinquo est. repræsentabo/præsentem faciã. id enim dicit/quũ primũ veneris/promissa præstabo/etiam si dies dicta nondũ plane aduenerit. vim hãc sæpe verbum id iurisc̃õsultis habet/ repræsentare pecuniã.i. in diẽ præsentẽ numerare/ quæ in longiorẽ deberet. & Ciceroni ante. quod est dies allatura/id cõsilio anteferre debemus/neq; expectare tẽporis medicinã/quã repræsentare ratione possimus.

Ex Epi. xvij. video qd agas.

ℭ Cui verbo domicilium est propriũ in officio/migrationes in alienum multæ) non magis assequitur Ciceronis sententiã interpres/quã ij/ quos refellit. hoc dicit Cicero. fidele proprie dicas cuiuspiã officium. significat autẽ hoc loco officiũ.i. id/ quod quis efficere debeat. vnde sũt Ciceronis de officijs libri. officium igitur est propriũ domiciliũ verbi huius/ fideliter. migrat tamen ipsum/fideliter/fidelisq;/sæpe in alienum domiciliũ. ager enim domicilium est fertilitatis/agrum enim proprie fertilẽ dicimus. & tamẽ huc migrat interdum fidelis / quũ.s. dicimus agrum fidelem. atq; itidem de cæteris. atqui nimis impudenti translatione dictum est à te/fideliter inseruire valetudini.

℄ Quid igitur? nõ sic oportet? equidem censeo/sic addendum/etiã suo) perperã clausulæ sensus ab interprete percæptus. sic enim accipiẽdũ. quũ Cicero familiari & cõmuni inscriptione in literis ad Tyronẽ vteretur/nec se patronũ/nec illum libertum adscribens/verecũde questum cũ eo Tyronẽ/vt cui videretur iniuria fieri à patrono. nõ modo/inquit igitur Cicero/ita inscribendũ est/sed addendũ etiã/suo. vt sit/Tyroni suo. Martialis de chartis Epistolarib⁹/
Seu leuiter noto/seu caro missa sodali/
Omnes ista solet carta vocare suos.
Item ℄ Nullo emissario) vide/ne emissariũ intelligat riuum canalẽq;/quo ex puteo aut aliũde emissa aqua in hortum influat. Columella de horto. locum autem/inquit/prius eligi cõueniet/si permittit agri situs/iuxta villam præcipue pinguẽ/quiq; aduenientẽ riuo/vel/si non sit fluens aqua/fonte puteali possit irrigari. Item ℄ Itaq; abutor coronis) quanuis obscurum sibi ipse fateatur interpres/tu tamẽ vide/ nũ hoc dicat. vel se ipsum gestare coronas/vel alijs præbere/easq; ex suo horto esse fingere/vt gratiam horto pensionẽq; hoc mendacio cõparet. vt poma Ouidius in arte amãdi. sunt/quibus videatur legendũ/abutor coronide crebra. Item ℄ Aligurius Cęsaris familiaris mortuus est) propriũ est nomen/ non gentile/vt putauit interpres. illum opinor/quẽ significat libro xj. ad Atticum & familiarem Cæsaris & suum amicum. hic Ligurius/inquit/furere/se enim scire/summo illum in odio fuisse Cęsari. illum tamen

nō modo fouisse/sed & tantā pecuniā illi dedisse honoris mei causa. ut uel ibi/Aligurius/vel/A. Ligurius vtrobiq;/vel hic quoq; Ligurius/scribendū fuerit.

Ex Epi.xxj.

¶ Nō est.n.seiūctus loc⁹ a philologia) ioc⁹/pbo. Itē ¶ Hoc loco me tibi gratlari/noli mirari.eodē.n. ferè loco tu quoq; emisse te fecisti me certiorē) hoc loco/est/hac parte Epistolæ meæ/quū gratulationibus tribuere primas ferè Epistolaꝝ partes soleamus. quiquid interpres nugetur. Cicero ipse ad Curionē initio Epistolæ.sera gratulatio reprehendi nō solet. ad Cœlium. primū tibi/vt debeo/gratulor. Cœlius ad Ciceronem.gratulor tibi affinitate viri mediussidius optimi. Cicero ad Appiū.gratulor tibi primū/sic enim ordo reꝝ postulat/deinde ad me cōuertar. & ad Balbum. gratulor tibi mi Balbe/vereq; gratulor.

Ex Epi.xxij.

¶ De quadrimo Catone) quin hæc illa fuerit diffilis interpositio/nihil repugno. Catonem certe arbitror intelligi/opus Ciceronis/ quod in laudē Catonis Vticensis cōscripsit.de quo initio & toto xij.libro Epistolaꝝ ad Atticū/Plutarcusq; in Cicerone & Cęsare.cōtra eum Anticatones scripsit Cæsar. Itē ¶ Demetrius iste nunquā omnino Phalareus fuit/sed nunc planè Bilienus est) quid dicit?numq̃ nunq̃ doctus vrbanus ue aut Atticus fuit/nunc autē planè rusticus & illiberalis. vt sit Bilienus a bile.simulq; ad

Dēmetriū illum respiciat/de quo Cœlius libro viij.
Bilienus verna Demetrij/qui ibi cū præsidio erat/
Domitiū quendam nobilem illic Cæsaris hospitem/
á contraria factione numis acceptis/cōprehendit &
strangulauit.

Ex Epi.xxiij.

¶ Tu vero cōfice professionē/si potes.& si hæc pecunia ex eo genere est/vt professione nō egeat/veruntamen Balbus ad me scripsit/tanta se epiphora oppressum/vt loqui nō possit) hic subsisto/neq; sequor Clerici distinctionē.potes/&/mea quidē sentētia/etiam debes ita quoq; supra/vt professione non egeat/verūtamen. Balbus ad me scripsit.&c. vt sit/verūtamen cōfice professionē.vereor autem/ne nō satis exploratū habuerit Clericus/qd ista professio esset.Cicero certe ad Atticū/de eodem etiā/ni fallor/negocio.Semel ne putas mihi dixisse Balbū/& Faberium professionē relatam?qui etiā eorum iussu miserim/qui pfiteretur.ita enim oportere dicebant. Professus est Philotimus libertus. Nosti credo librarium/sed scribis & qdē cōfectum. Item ¶ Antonius de lege quid egerit) potes legē probandoq; Cæsaris actoq; accipere. de qua Cicero/Plutarcus/Appianus.potes & illam/de qua idem ad Atticum. Scis/q̄ diligam Siculos/& q̄ illam clientelā honestā iudicem.Multa illis Cęsar/neq; me inuito.& si latinitas erat nō ferenda/verūtamen ecce Antonius accepta grandi pecunia/fixit legem á Dictatore comitijs latā/qua Siculi ciues Romani/cuius rei viuo illo mētio nulla. Itē ¶ Ego tamē Antonij inueteratā

sine vlla offensione amicitiam retinere sanè volo) M.Antoniũ accipe/in quē sunt Philippicæ/triũuirũ/ nõ Caium Ciceronis in cõsulatu collegam/vt Clericus.est enim scripta Epistola/Cęsare occiso/quũ iá simultas inter Ciceronē & M.Antoniũ serperet. De panicis Politianus in Miscellaneis copiose.

Ex Epi.xxiiij.

¶ A flamma/ si nõ potes omnē/partē aliquã velim extorqueas) hominē notat/nõ incendiũ/vt Clericus.de eo ad Atticũ.Fammã Flaminiũ audio Romę esse.Ad eũ scripsi/me tibi mãdasse per literas/vt de Montani negocio cũ eo loquerere. Et velim cures Epistolam/quã ad eũ misi/reddendã/& ipse (quod cõmodo tuo fiat) cũ eo colloquere. Puto/si quid in homine pudoris est/præstaturũ eũ/ne sero quodãmodo dependatur.& paulopost.De Montano/qm̃ Flamma venit/videbis. puto rem meliore loco esse debere. Item ¶ De attributione conficies) de eadē ad Atticũ.Dolobella vir optimus/& si cũ scribebam secũda mensa apposita/venisse eũ ad Baias audiebam/tamen ad me ex Formiano scripsit/quas literas cũ è balneo exijssem/accepit/sese de attributione omnia summa fecisse.Vectenũ accusat.&c̃. & infra.ait enim attributionē in Idus/se autem vrgeri acriter. Tu ex meis literis/quo mõ respõdeas/meditabere.& alia loco.Maxime aũt me angit ratio reliquoꝝ meoꝝ/quæ q̃q̃ explicata sunt/tamē/ꝙ & Dolobellę nomē in his est/& attributione mihi nomina ignota/conturbor/nec me vlla res magis angit/ex

omnibus.itaq̃ nõ mihi videor errasse/quod ad Bal-
bum scripsi apertius/vt siquid tale accidisset/ut non
cõcurrerẽt nomina/subueniret / meq; tibi etiã man-
dasse memor fui/vt/ si q̃d eiusmodi accidisset/ cũ eo
cõmunicares.

RVTILIVS LECTORI.

Comparatum ita fore per rerum naturã est/vt nemo vnus omnia simul circunspicere/& vndique sapere queat. Itaque nos/qui vt humani falli poteramus/ in cõmunem culpam incidimus. Quædam igitur/ quæ nimia/vt necesse fuit/ pperatione/vel errata vel prætērita parum ue fulta erant/subtexenda peracto iam operi censuimus. Longe enim arbitramur pręstare/á nobis nostram aut culpam aut negligentiam corrigi/q̃ in alienos morsus sciẽtẽ prudẽtemque incurrere/ tot pręsertim inuidis/obloquutoribus/qui cõdonare lapsum vnum mille egregie inuentis nesciãt. quod si nobis vti iudicio nostro licuisset/nec importunitati calcographorum/á quibus imparati/nec quidq̃ de cõmentatione istà cogitantes/doctorum hominũ cohortationibus etiã impulsi/in hanc palestrã protracti sumus/seruire oportuisset/profecto polliceri audemus/eam nos molestiã fuisse sequuturos/vt nihil futurum fuerit/quod vel maleuolentissimum quenque potuisset offendere. Quod ne sic quidem valde futurũ timemus. Si modo scieris/hoc nobis fuisse propositum/vt/dum Ciceronis sensa perquirimus/ab inani illa doctrinæ ostentatione abhorremus/vel interpretis peccata/vel optimorum librariorum incuriam persequeremur. Vtinamque tam raro aut ille hallucinaretur/ne frustra se hoc opus aperuisse iactaret/aut hi tam fœlici sydere auspicati essent/ vt nũq̃ offenderent. Nos certe ista gloria carere æquo animo potuimus. Ac nos quidẽ fateri nõ

pudet/quũ supra quingentes locos toto opere illustrarimus/haud multo pauciores tamen relictos/qui obscuri nobis adeo sint visi/vt ne attingere quidem ausi simus. Quædam tamen/q non ita operosę mutationis videbantur/vel/ quãuis male scripta in postremis hisce primæ adhuc notæ codicibus (Manutiano s dicimus) haberent/in alijs tamẽ recte essent posita/volentes præterijmus. Sed iã ad initiũ operis recurramus.

EX LIBRO PRIMO.

Ex Epistola Prima.

¶Marcellinũ tibi esse iratum scis) confirmat nostrã sententiã ipse ad Atticum libro quarto. adhibẽtur/ inquit/omnes Pontifices/qui erant senatores/a quibus Marcellinus/qui erat cupidissimus mei/ sententiam primus rogatus. quasi iam tũ esset designatus Marcellinus. & libro qnto. at ille profert S. C. Lentulo Philippoq; Coss. & ad Q. fratrem. Marcellinũ qdẽ primũ rogauit.

Ex Epi. ij.

¶Senatus autoritas grauissima intercesserat) de ea re verba sunt ad Q. fratrem. Quid futurum sit latrocinio tribunoꝝ/non diuino/sed tamen suspicor/ per vim rogationem Caninium perlaturũ. in ea re Pompeius quid velit/nõ dispicio. familiares eius qd cupiãt/omnes vident. creditores vero regis aperte pecunias suppeditant contra Lentulum. & alia Epi-

stola. Quod de Pompeio Caninius agit/ saneq̄ refrixit/ neq; enim res probatur/ & Pompeius noster in amicitia P. Lentuli vituperatur / & Hercule non est idem. nam apud illam perditissimā atq; infimā fecē populi propter Milonem suboffendit.

Ex Epi. iiij.

¶ Nemo est enim/ qui nesciat/ quo minus discessio fieret per aduersarios tuos/ esse factū) distinctionē nostram adiuuat ad Q. fratrem Cicero. reliqua/ inquit/ quū esset in senatu contentio/ Lentulus ne/ an Pompeius reduceret/ obtinere causam Lentulus videbatur. In ea re nos & officio erga Lentulum mirifice/ & voluntati Pompeij pręclare satisfecimus. sed per obtrectatores Lentuli res calumnia extracta est. cōsecuti sunt dies comitiales/ per quos senatus haberi nō poterat. id est/ quod ait supra. res ab aduersarijs nostris extracta est varijs calumnijs. &c.

Ex Epi. v.

¶ Posteaq̄ Pompeius apud populum ad viij. Idus Febr̄./ quū pro Milone diceret/ clamore cōuicioq; iactatus est) in errorem inductus sum Plutarchi autoritate/ vel meo potius nimio stabiliendę historię studio. Itaq; Egnatio assentior ꝓpter Ciceronis autoritatem ad Q. fratrē. Ad septimū Iduū Febr̄. inq̄t/ ad Apollinis S. C. factum est/ ea/ quæ facta essent ad vj. Iduum Febr̄./ cōtra Remp. esse facta. eo die Cato est vehementer in Pompeiū inuectus/ & cum

oratione perpetua tanq̃ reũ accusauit. De me multa/ me inuito/ cũ mea summa laude dixit. quũ illius in me perfidiã increparet/ auditus est magno silentio maleuolorum. vt vel Plutarchus deceptus/ vel vtrũq; factum sit. Nam & de cõuicio illo populari in Pompeiũ/ est in eadem illa Epistola/ vt ad iiij. Idus Febr.

Ex Epi. vij.

¶ Quod mihi de filia & Crassipede gratularis) Ipse ad Atticũ significat libro primo Epistola prima desponsam esse Pisoni Tulliã/ L. Iulio Cæsare/ C. Martio Figulo Coss. ante se cõsulem. Sed tamen Asconius quoq; apud secundũ virũ mortuã esse ex partu affirmare videtur. errore autẽ Librarij in priore illo opere hæc in octauã Epistolã collata sunt. alioqui/ si/ quæ notauimus/ cõfirmanda/ Cicero ad Atticum. addidit ad extremum/ inquit de Vectio/ quũ iam dimissa cõcione reuocatus á Vatinio fuisset/ se audisse ex Curione/ his de rebus cõscium esse Pisonẽ generum meũ & M. Laterensem. Sed/ ne me omnino sententiæ illius/ vel aduersario Plutarcho/ pœniteat/ facit idẽ ipse Cicero/ qui ad Q. fratrẽ ita scribit/ Iam mẽses aliquot ab exilio reuersus. i. circa idẽ hoc tempus. De nostra Tullia tui mehercule amãtissima spero cũ Crassipede nos cõfecisse. & infra. ad viij. Idus Aprilis spõsalia Crassipedi prębui. & tertia post Epistola. Dederã ad te literas antea/ qbus erat scriptũ/ Tulliã nostrã Crassipedi pridie nonas Aprilis esse desponsatã. Nominat & Crassipedẽ/ alterũ puto/ libro ix. ad Atticũ/ Epistola/ vt nunc est/ xiij.

¶ Qui á senatu ordinẽ coniunctissimũ & hominem clarissimũ abalienauerunt) ordinẽ/equestrẽ accipe. quod ipse ostẽdit ad Atticũ libro primo. Nos hic in Rep. infirma/misera/cõmutabiliq; versamur. credo enim/te audisse/ nostros equites penè á senatu esse disiunctos. qui primũ illud valde grauiter tulerunt promulgatũ ex senatusconsulto fuisse/Vt de his/qui ob iudicandũ pecuniá accepissent/ quæreretur/qua in re decernenda/cũ ego casu non affuissem/ sensissemq; id equestrẽ ordinẽ ferre moleste/neq; aperte dicere/obiurgaui Senatũ/vt mihi visus sum/summa cũ autoritate/& in causa nõ verecunda/admodum grauis/& copiosus fui. Ecce aliæ delitię equitum vix ferendæ. quas ego non solum tuli/sed etiam ornaui. Asiani/qui de censoribus cõduxerunt/questi sunt in Senatu/se cupiditate prolapsos/nimiũ magno conduxisse/vt induceretur locatio/postulauerunt. Ego princeps in adiutoribus/atq; adeo secũdus. nam/vt illi auderẽt hoc postulare/Crassus eos impulit. Inuidiosa res/ turpis postulatio/ & cõfessio temeritatis/ summũ erat periculũ/ne/si nihil impetrassent/planè alienarentur á Senatu. Huic quoq; rei subuentũ est maxime á nobis/ pfectũq;/vt frequẽtissimo Senatu/ & libentissimo vterentur/multaq; á me de ordinum dignitate/& cõcordia dicta sunt Calendis Decẽbribus/& postridie/neq; adhuc res cõfecta est/sed voluntas Senatus perspecta. Vnus enim cõtradixerat Metellus Consul designatus / qui erat dicturus/ad quẽ propter diei breuitatẽ peruentũ non est. Heros

ille noster Cato. sic ego conseruans rationē / institutionēq; nostrā / tueor / vt possum / illam á me conglutinatā concordiā. & Epistola sequenti. alienati equites Romani / quod erat quidē ob rem iudicandā / sic ille annus duo firmamenta Reip. per me unū constituta euertit. nā / & Senatus autoritatē abiecit / & ordinum cōcordiam disiunxit. & libro ij. Nunc vero / cū equitatus ille / quem ego in cliuo capitolino te signifero / ac principe collocarā / Senatū deseruerit / nostri autē Principes digito se cœlum putent attingere / si muli barbati in piscinis sint / qui ad manū accedant / alij autē negligant / nō ne tibi satis prodesse videor / si perficio / vt nolint obesse / qui possunt? Nā Catonē nostrū non tu amas / plus / q̄ ego. sed tamen ille animo optimo vtēs / & summa fide / nocet interdum Reip. Dicit enim tāq̄ in Platonis nō tanq̄ in Romuli fece sententiā. Quid verius / quā in iudiciū venire / qui ob rem iudicandam pecuniā acceperit? Censuit hoc Cato. assensit Senatus Equiti. Curiæ bellum / nō mihi / nam ego dissensi. Quid impudentius Publicanis renuntiantibus? Fuit tamē retinendi ordinis causa faciēda iactura. restitit / & peruicit Cato. Itaq; nunc cōsule in carcere incluso / sæpe item seditione cōmota / aspirauit nemo eoꝝ / quoꝝ ego cōcursu / itēq; Coss. qui post me fuerūt / R emp. defendere solebāt. Quid? ergo istos / inges / mercede cōductos habebimus? quid faciemus / si aliter nō possumus? an libertinis / atq; etiam seruis seruiamus? Culpā intelligit Catonis. orbis hic / inquit ad Atticū in Rep. est conuersus / citius omnino / quá potuit. Id culpa Catonis. Hominē clarissimū dicit Pompeium,

Appianus. Cęsar/inquit/spreto triūpho ad comitia descendit/ & creationē eius dignitatis opperiri cœpit. Interea Pompeius/ob Mithridaticū bellum ad summū gloriæ & dignitatis euectus/Senatū rogare pergit/vt multa/quæ regibus/dynastis/ac ciuitatib⁹ idem cōcessisset/Senatus ex decreto cōfirmare vellet. Cōtra plurimi/inuidia accensi in illum repugnabāt. Inter hos vel in primis L. Lucullus fuit. qui ante Pompeiū ad id bellum delegatus/debiliorē ad resistendum Pompeio Mithridatē reliquisse se aiebat/ eius belli gloriā sibi soli spectare pdicabat. Lucullo Crassus pari modo assistebat. Indignatus itaq; Pompeius/affinitatē cū Cęsare inire studuit/seq; in petitione cōsulatus illi affuturū iureiurando pollicetur. & mox. Senatus/quū de illis suspicaretur/L. Bibulū Cæsari aduersum cū eo cōsulatum administrare iubet. & infra. Alias/inquit de legibus Cæsaris/porro addidit/quæ à Pōpeio gesta/vt pollicitus fuerat illi/ comprobarent. & reliqua/quæ de discordiaꝝ inter Senatū & Equites causis exequitur. Eadēq; omnia latius in Pompeio Plutarchus.

Ex Epi. x.

¶ Quanq̄ ille perennis inimicus amicoꝝ suoꝝ nostram vicem vltus est ipse sese) astipulatur nobis Cicero ad Atticū. Significat enim accusatum Catonē hunc. Ad tertiū/inquit/Non. Quintil. Suffennas & Cato absoluti/Procilius cōdemnatus. Ex quo intellectum est/tres Ariopagitas ambitū/comitia/interregnum/maiestatē/totādeniq; Remp. Flocci nō fa-

cere. Et prima Epistola. De C. Catone/lege Iunia & Licinia scis absolutũ. Fusia ego tibi nuncio absolutum iri/neq; patronis suis tã libentibus/q̃ accusatoribus. Is tamen & mecũ & cũ Milone in gratiam redijt. & sequẽti/Catone/inquit/præsertim absoluto. & ad Q. fratrem. vt etiã Catonis rogationibus de Milone & Lentulo resistamus. Quæ autem hoc loco ad finẽ priore nostra editione notata sunt de Egnatij sententia nõ probanda/errore operarij e suo loco remota huc ĩmigrarũt. subscribi ea volumus ei loco/ qui est de fure muliebriũ religionũ in hæc verba.

¶ Primũ ille fur muliebriũ religionũ/qui non pluris fecerat bonam deã/q̃ tres sorores/impunitatem se scelerũ sententijs eorũ assequutus/qui/quũ Trib. pl. pœnas á seditioso ciue per bonos viros iudicio pse qui vellet/exemplũ præclarissimũ imposterũ vindicandę seditionis de Rep. sustulerunt) cuius nostrum censum fulcimus ipsius Ciceronis autoritate ad Atticũ libro iiij. Epistola iij. vbi enumeratis Clodij multis in se suosq; audacijs atq; sceleribus/subijcit. Ille/ omniũ vocibus quũ se nõ ad iudiciũ/sed ad supplicium pręsens trudi videret/oẽs Catilinas Siciniosq; postea reddidit. & in eadem/Publium reũ/nisi ante occisus erit á Milone/fore puto. & ad Q. fratrẽ. multa feci verba de toto furore latrocinioq; P. Clodij. cum tanq̃ reum accusaui multis & secundis admurmurationib9 cuncti senatus. vbi multa agitata in senatu de iudicio violatæ religionis in Clodiũ constituendo. Itẽ ¶ Neq; Hercule in ijs ipsis rebus/ quæ q̃q̃ erant mihi propter rei familiaris naufragia necessariæ/tamen á me minimi putabantur/in meis

damnis ex autoritate senatus resarciendis) ad Atticum. Deinde/inquit/Coss. porticũ Catuli restituendam locarũt. illam porticũ redemptores statim sunt demoliti libentissimis omnibus. nobis superficiẽ aediũ Coss. de cõsilij sententia aestimarũt sestertiũ vicies. caetera in re valde liberaliter. Thusculanam villam quingentis millibus. Formianum sestertijs ducentis quinquaginta millibus. quae aestimatio nõ modo vehementer ab optimo quoq;/sed etiã a plebe reprehenditur. dices/quid igitur causę fuit? dicunt illi quidem/pudorem meũ/ꝙ neq; negarim/neq; vehemẽtius postularim. sed non est id. nam hoc quidẽ etiam profuisset. verũ ijdem/mi T. Pomponi/ijdẽ/inquã/illi/quos ne tu quidẽ ignoras/qui mihi pẽnas inciderunt/nolunt easdem renasci. & alia Epistola. nã Milonis domũ meãq; in Ceramio pridie Idus Nouẽbr. expugnare & incendere conatus est/vt palam hora quinta cũ scutis homines eductis gladijs/alios cũ accensis facibus adduxerit. & aliquanto post. proposita Marcellini sentẽtia/q̃ ille de scripto ita dixerat/ vt totam nostram causam areae/incendioꝝ/periculi mei iudicio cõplecteret/eaq; omnia comitijs anteferret / proscripsit/ se per omnes dies comitiales de coelo seruaturũ. quod. s. iudicium illud est/quod a senatu impeditũ conqueritur. Item ❡ De donatione regnoꝝ) idem ad Atticũ. festiue/mihi crede/ & minore sonitu/q̃ putarã/orbis hic in R ep. est cõuersus. citius omnino/q̃ potuit. id culpa Catonis. sed rursus improbitate istoꝝ/ qui auspicia / qui Aeliã legem/qui Iuniam & Licinian/qui Coeliam & Didiã neglexerunt, qui omnia remedia R eip. effuderunt/

qui regna/qui prædia Tetrarchis/qui immanes pecunias paucis dederũt. Nondũ enim arbitror eadẽ hæc á Pisone & Gabinio Clodioq; admissa/sed de Cæsare & Vatinio loqui. Item ☾Se se/si licitũ esset legem Curiatam ferre/sortiturũ cũ collega) Cicero in eisdem illis ad Atticũ Epistolis/quibus nihil similius huic operi inuenias. Appius/inquit/sine lege/suo sumptu in Ciliciam cogitat.

EX LIBRO SECVNDO.

Ex Epistola.vij.

☾Ego quũ Athenis decem ipsos dies fuissem) cũ ipso/nõ probo/quod reposui.neq; enim Pompeium Athenis cõuenit/sed Tarenti.ipse ad Atticũ.nos Tarenti quos cũ Pompeio dialogos de Rep. habuerimus/ad te pscribemus.& subiectis literis.Tarentum veni ad xv.Cal. Iuñ.q; Pontinum statueram expectare/cõmodissimũ duxi dies eos/ quoad ille veniret/cũ Pompeio cõsumere.& proximis.ego/quũ triduũ cũ Pompeio & apud Pompeiũ fuissem/proficiscebar Brũdusiũ ad xiiij.Cal.Iuñ.deniq; sic ad eundem loquutus.ego has prid.noñ.Quintil.pficiscens Athenis dedi/quũ ibi decẽ ipsos fuissem dies.& alibi.detraxit xx.ipsos dies etiá Aphractus Rhodiorũ.

Ex Epi.xij.

☾Mihi erat in animo/quoniá iurisdictionem confe

cerã)&c̃.verba Ciceronis ad Atticũ mirifice Crasso nostro astipulantur.Lętari te nostra moderatione/& cõtinentia video. Tum id magis faceres/si adesses/ atq; hoc foro/qđ egi ex Id.Febr. Laodiceæ ad Cal. Maij omnium Diœcesum præter Ciliciæ / mirabilia quædã effecimus. Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatę/multæ valde leuatæ sunt.omnes suis legibus/& iudicijs suetæ adeptæ/reuixerũt. His ego duobus generib⁹ facultatẽ ad se ære alieno liberandas/aut leuandas dedi.Immo quod omnino nullus in imperio meo sumptus factus est/nullum cũ dico/nõ loquor .nullus/inq̃/ne Teruntius quidẽ.Hac autem re incredibile est/quãtũ ciuitates emerserint. Accessit altera.Mira erant in ciuitatibus ipsorum furta græcoꝝ/quæ magistratus ui fecerant. Quęsiui ipse de ijs/qui annis decem proximis magistratum gesserant/aperte fatebantur. Itaq; sine vlla ignominia suis humeris pecunias populis retulerũt. Populi autem nullo gemitu publicanis/ quibus hoc ipso lustro nihil soluerãt/etiã superioris lustri reddiderũt.Itaq; publicanis in oculis sumus. gratis inquis viris.sensimus.iam cætera iurisdictio nec imperita/ nec demens cũ admirabili facilitate.Aditus autẽ ad me minime puinciales. nihil per Cubiculariũ. ante lucem inambulabã domi/ut olim candidatus.Grata hęc/& magna/mihiq; nõ dũ laboriosa ex illa vetere militia.noñ.Maij in Ciliciã cogitabam. ibi cũ Iuniũ mensem consumpsissem/atq; vtinã in pace (magnũ enim bellũ impẽdet á Parthis) Quintilem in reditu põere.& sequẽti Epl'a.cõseruatę ciuitates.cumulate publicanis satisfactũ.offensus cõtumelia nemo.

¶ Eius negocium ita velim suscipias/vt/si esset res mea) negociū id quod esset/ exprimit Cicero libro nono ad Pætū Epistola penultima. Itē ex xiiij.

¶ Tum ꝗ is/qui erat iratus/cōpetitor tuus & idem meus/assensus est ei/ qui ornauit res nostras diuinis laudibus)iudico autem cū ex literis amicoꝝ tum ex supplicatione/ꝗ qui nō decreuit/quasi omnes decrē uisset triūphos.ei porro assensus est vnus familiaris meus Fauonius/alter iratus Hircius. Cato autem & scribendo affuit/& ad me de sententia sua iucūdissimas literas misit.sed tamē/gratulans mihi Cæsar de supplicatione/triumphat de sententia Catonis/nec scribit/quid ille sententiæ dixerit/sed tamen supplicationē eum mihi nō decreuisse.redeo ad Hircium. cœperas eum mihi placare.perfice.habes Scrofam. habes Siluiū.ad eos ego etiā scripsi/& ad ipsum Hirciū.loquutus enim erat cū ijs/cōmoda se potuisse impedire/sed noluisse.assensum tamē esse Catoni amicissimo meo/quū is honorificētissimā in me sententiā dixisset/nec me ad se vllas literas misisse/quū ad omnes mitterē.verū dicebat.ad eum enim solum & ad Cassij fidē nō scripserā.Idē꜐ & proxima Ep'la ad Atticū ait.

Ex Epi.xv.

¶ Togam prætextam texi Appio puto te audisse) & si nō nimis ad hunc locū pertinere video/ ascripsi tamē Ciceronis iocū de toga prætexta Cōmageni regis. De Cōmageno Rege/inquit ad Q. fratrem/

quod rem discusseram/mirifice mihi/& per se/& per Pomponium blanditur Appius. Videt enim/ hoc genere dicendi si vtar in cæteris: Februarium sterilem futurū/eumq; lusi iocose satis/neq; solū illud extorsi oppidulū / quod erat positū in Euphrate/& Zeugmate/sed præterea togam sum eius prætextam/quā erat adeptus Cæsare cōsule/magno hominū risu cauillatus. quod nolit inq̄ renouare honores eosdem/ quo minus togā prætextā quotānis interpollet/decernēdū nihil censeo. Vos autem homines nobiles/ qui Buscycū prætextatū nō ferebatis/Cōmagenum feretis? Genus vides / & locū iocandi. Multa dixi in ignobilem Regē/quibus totus est explosus. quo genere cōmotus (vt dixi) Appius totū me amplexat. Nihil est enim facilius / q̄ reliqua discutere. Itē ¶ Nā Curius noster dibaphū cogitat) ad Atticū. deniq;/inquit/etiā Vatinij Strumā sacerdotij dibapho vestiant.

EX LIBRO TERTIO.

Ex Epi. ix

¶ In quo cū difficultas nauigandi fuit odiosa/tū in ipm discessum senatus incidisse credo meas literas) & si aliquātū de die differre possit/cōfirmatur tamē nostra sententia ad Atticū libro v. vbi enumeratis rebus á se in Cilicia gestis/nunc/inquit/publice literas Romā mittere parabam. vberiores erunt/quā si ex Amano misissem. & in eadē. Redeo ad vrbana/ quæ ego diu ignorās/ex tuis iucūdissimis literis ad v.

Cas.Ian.denique cognoui.Et de discessu libro xij.sique requirit a te/cur Romae nō sim/quia discessus est.& paulopost.Ego hinc/ut scripsi antea/postridie Iduū Ianuarij.

EX LIBRO QVARTO.

Ex Epi. Prima.

(Qui a me/vt te imitarer/petebat)nihil muto/quod video pluribus locis ad Atticū (id quod & Epistola haec satis arguit) ad Caesaris primū Romā aduentū in senatū ab ipso habitū venisse Seruiū Sulpitiū/&/quod Cicero nō leuiter queritur/filiū ad circūsedendum Pompeiū Brundusij miserat.ad Atticū.quid S. Seruij filius?quot in his Castris fuerūt/quibus Pompeius circūsederetur?& subiecta Ep'la.sed erit iniustissimus Seruius/qui filiū misit ad affligendum Gn. Pompeiū aut certe capiendū.& libro x.Caesar mihi ignoscit per literas/quod nō venerim/seseque in optimā partē id accipe dicit.facile patior/quod scribit/secū Tullium & Seruiū questos esse/quia nō idem quoque sibi/quod mihi/remisisset.homines ridiculos/qui quū filios misissent ad Gn.Pompeiū circūsedēdū/ipsi in senatum venire dubitarent. Item (Quae a te de pace & de Hispanijs dicta sunt) colloquium suū Formianū cū Caesare tum primū viso post motū ciuile bellū ita scribit.veni igitur/& age de pace.meone/inquā/arbitratu?an tibi/inquit/ego praescribā? sic/inquā/agam/senatui non placere in Hispanias iri/nec exercitus in Graeciā transportari/multaque/inquā/digna

eo deplorabo.tũ ille.Ego vero ista dici nolo.ita pu-
tabã/inq̃.&c̃.literarũ harũ meminit eodem libro.in-
iecta autẽ mihi spes quædam est/velle mecũ S.Sul-
pitiũ colloqui.ad eũ misi Philotimũ libertũ cũ lite-
ris.si vir esse volet/det clara Synodia/sin autẽ/eri-
mus nos/qui solemus.& nõ multo post.hic ego Ser-
uium expecto.rogor enim ab eius vxore & filio/&
puto opus esse.

Ex Epi.ix.

¶ Qui nec te cõsule tuũ sapientissimum consilium
secutus esset)vide/num id intelligat/quod est apud
Ciceronẽ ad Atticũ/vbi vitia Põpeij fomẽtaq̃ Cæ-
sarianæ audaciæ ac potentiæ colligit.M.q̃ Marcello
Cos.inq̃t/finiẽti ꝓuincias Gallias Cal.Martij/resti-
tit.quod vero ad belli consilia/eodẽ libro multa.

Ex Epi.xj.

¶ Circiter horam decimã noctis Posthumius fami-
liaris eius ad me venit) nihil muto.horam enim nõ
æquinoctialem sed temporariã intelligit.nox enim
quocũq̃ anni tempore veteribus duodecim distin-
guebatur horis/inæqualibus non solum cũ diei/sed
inter se quoq̃ noctis horas/pro tempoꝝ.s.anni ra-
tione.Cuius me rei admonuit politissimæ eruditiõis
vir Antonius Thylesius Cosentinus/qui cũ mihi ma
gna est familiaritas.Inde & Plinius/quum de noctis
ac diei spacijs agit/horas nominat æquinoctiales/ne
.s.ciuiles illas atq̃ inuentitias ĩtelligeremus.Hinc &
Cicero ad Atticum,ante diem viij.Cal.Decẽb.hæc

ego scribebā hora noctis nona. intelligit enim tres horas temporarias ante lucem/nō septem æquinoctiales circiter/vt nunc.

EX LIBRO QVINTO.

Ex Epistola Prima .& ij.

ℭ Te tam mobili in me eosq; esse animo non spectabā) Metellus hic cōsul fuit cū L. Affranio/tertio/ni fallor/post Ciceronē cōsulem anno. autor ipse ad Atticum libro primo Epistola xij. xiij. xliij. & xv. & libro ij. Epistola prima. Item ex ij. ℭ Si qua ego in re fratri tuo Reip. causa restiterim) orationē suā Metellinā nominat libro ad Atticum primo. sed & Plutarchus orationē Ciceronis in Metellum.

Ex Epi. iiij.

ℭ Tu/tuas inimicitias vt Reip. donares/te vicisti/alienas vt cōtra Remp. confirmes adduceris?) coetera belle adnotata sunt priore labore nostro. vnū illud emendamus/non tam peccatū nostrū/q̄ aliorum multorum/autoritate quorum nisi cura eorum impressos codices sequuti sum⁹. Itaq; & hęc Epistola/ni fallor/& locus ille ex oratione in Pisonem/nō ad Metellū eum/ad quē sunt suprascriptæ Epistolæ/sed ad fratrē eius inimicū quondā in suo tribunatu Ciceroni cōsuli/vel egredienti potius cōsulatum/pertinent. & si vereor/ ne in noīe alterutrius sit erratū/neq; n.

vtrūq; puto Quintū appellatū.ſed hunc vere Quin tum/fratrem vero eius Affranij in cōſulatu collegā/ Marcū aut Luciū.vt tuos tamen intelligat Clodiū/ propter fratris cū eo affinitatē.de qua ita ad Atticū Cicero.Sed ſoror/inquit ſub Clodij pſona/quæ tm̄ habeat conſularis loci/vnū mihi ſolum pedem dat. noli/inq̄/de vno pede ſororis queri/licet etiā alterū tollas.nō conſulare/inquies/dictum.fateor.ſed ego odi illam male conſularē.ea eſt enim ſeditioſa/ea cū viro bellum gerit/neq; ſolū cū Metello/ſed etiam cū Fabio/quod eos mihi eſſe amicos moleſte fert.alioq cū Lentulo fuiſſe cōſulem illum inimicū ſuū/indicat ad Atticum/quū ait.ſpem oſtendis ſecūdū comitia. quæ iſta ē/eodē trib.ple.& inimico Cos.deſignato? & infra.Lentulus ſuo in nos officio/qđ & re & pro miſſis declarat/etiā literis ſpem nobis nōnullā affert Pompeij voluntatis.ſæpe enim tu ad me ſcripſiſti eū totū eſſe i illius poteſtate.de Metello ſcripſit ad me frater/quantū ſperaret/perfectum eſſe per te.& alia Epiſtola.eaq;/quæ ad ſpem putas pertinere/de Len tuli ſtudio/de Metelli volūtate/de tota Pompeij ra tione perſcribis.& proxima.& fuit omnino difficile/ nō obſequi vel amiciſſimo homini Lentulo/vel Me tello/qui ſimultatē humaniſſime deponeret.

Ex Epi.v.

❡Sed reliqua/mihi crede/multo maius meū ſtudiū maioreēq; grauitatē & laborē deſiderant) de Anto nij periculo verba ſunt Ciceronis ad Atticum libro primo.nā mihi Pōpeiani prodromi nuntiant aperte

Pompeiũ acturũ/Antonio succedi oportere. eodemq; tempore aget Prætor ad populum. Res eiusmodi est/ vt ego nec per bonorum / nec per popularẽ existimationẽ honeste possim hominem defendere/ nec mihi libeat/ quod vel maximũ est. etenim accidit hoc/ quod totũ cuiusmodi sit/ mãdo tibi/ vt perspicias. Libertũ ego habeo sanè neq̃ hominẽ. Hilarẽ dico ratiocinatorẽ/ & clientem tuũ. De eo mihi Valerius interpres nuntiat/ Thyliusq; se audisse scribit hæc/ esse hominẽ cũ Antonio. Antoniũ porrò in cogendis pecunijs dictitare/ partẽ mihi quæri/ & à me custodem cõmunis quæstus libertũ esse missum. non sum mediocriter commotus/ neq; tamẽ credidi. sed certe aliquid sermonis fuit. totũ inuestiga/ cognosce/ perspice/ & nebulonẽ illum/ si quo pacto potes/ ex istis locis amoue. & libro ij. sed heus tu ecquid vides Cal. venire? Antoniũ nõ venire? Iudices cogi? nam ita ad me mittunt. Nigidiũ minari/ in cõcione se iudicem/ qui nõ affuerit/ compellaturum. velim tamen/ siquid est de Antonij aduẽtu/ quod audieris/ scribas ad me. sed & libro iij. pluribus locis inimicũ sibi C. Antoniũ esse ostẽdit/ vt cuius metu exul in Græciã/ illo obtinente prouinciam/ nõ auderet accedere.

Ex Epi. x. & xij.

❡ Simul vero semissis homo contra me arma tulit) Horatius quoq; in sermonibus/ Neq; Simius iste/ propter deformitatẽ & paruitatẽ corporis/ vt Porphyrio & Acrõ. vt ferè/ Simi⁹ nõ/ retineã. Itẽ ex xij. ❡ Corã me tecũ eadẽ hęc agere sæpe conantẽ de

terruit pudor quidam penè subrusticus) de Epistola hac/ad Atticū. Epistolam/Luceio quā misi/ qua/res meas vt scribat/rogo/fac/vt ab eo sumas. valde bella est. eū/vt approperet/ adhorteris/&/quod mihi se ita facturum rescripsit/agas gratias.

Ex Epi.xvij.

¶ Quū in tui familiarissimi iudicio ac periculo tuū crimen coniungeretur) est omnino iudiciū illud de ui.ipse ad Q. fratrē.ad iiij Iduū Febr.Sestius ab indice Cn.Nerio Pupinia de ambitu est postulatus.& eodem die á quodā M. Tullio de ui. Is erat æger.domū (vt debuimus) ad eū statim venimus / eiq́ nos totos tradidimus/idq́ fecimus præter hominū opinionē/qui nos ei iure succensere putabāt/vt humanissimi/ grauissimiq́ & ipsi / & omnibus videremur. itaq́ faciemus.& infra.Sestius noster absolutus ē iij. Iduum Martij/&/quod vehemēter interfuit Reip. nullam videri in eiusmodi causa dissensionem esse/ omnibus sententijs absolutus est.Illud/qđ tibi sæpe curæ esse intellexeram/necui iniquo relinqueremus vituperandi locū/qui nos ingratos esse diceret / nisi illius peruersitatē quibusdā in rebus quā humanissime feremus.scito hoc nos in eo iudicio cōsecutos eē/ vt omniū gratissimi iudicaremur. Nam in defenden do moroso homine cumulatissime satis fecimus/ & (id/quod ille maxime cupiebat) Vatiniū/á quo palàm oppugnabat/arbitratu nostro cōcidimus/Dijs/ hominibusq́ plaudentibus.quin etiā Paulus noster/ cū testis productus esset in Sestiū/cōfirmauit/ se no

mẽ Vatinij delaturũ/ si Macer Licinius cunctaretur, & Macer a Sestij subsellijs surrexit/ac se illi nõ defuturum affirmauit. Quid quæris? homo petulans/& audax Vatinius/valde perturbatus/debilitatusq;/ discessit.

Ex Epi.penul.

(M.C.S.D.Rufo) arbitror ad eundẽ scriptas has subiectasq; literas/quoniã libro xiij.ad Sulpitiũ/L. Messiniũ quæstorem suũ fuisse scribit. vt L. Messinio Rufo/& hac & sequenti Epistola inscribi potuerit. sed & in eadem ad Sulpitiũ/fratrẽ Messinij M.Mindium facit/quem hic Rufi istius.

EX LIBRO SEXTO.

Ex Epi.vj.

(Rationẽ haberi absentis/nõ tam pugnaui/vt liceret/q̃/vt/quãdo ipso cõsule pugnãte populus iusserat/haberetur) ipso.s.Pompeio/non/vt interpres/ Paulo. Cicero ad Atticũ de Pompeio. ommitto illa vetera/q̃ istũ in Remp. ille aluit/auxit/armauit/ille legibus C.Metelli cõtra auspicia ferendis autor. ille Galliæ vlterioris adiunctor. ille Gener. ille in adoptando P.Clodio augur. illẽ restituendi mei/q̃ retinendi studiosior. ille Prouinciæ propagator. ille absentis in omnib⁹ adiutor. Idem etiã tertio cõsulatu. postq̃ esse defensor Reip. cœpit/contendit/vt decẽ Tr.Pl.ferrent/vt absentis ratio haberetur. quod idẽ

ipse sanxit lege quadã suã. Appianus quoq;. Tribunos porro/inquit de Pompeio/adhortatus est/vt legẽ proferrent/qua Cæsari quãuis absenti secundũ cõsulatũ petere liceret. Tertio.s.Põpeij cõsulatu.

Ex Epi.xviij.& xix.

¶ Oratorẽ meũ tantopere a te probari vehemẽter gaudeo) oratorẽ intelligimus/qui est de optimo genere dicendi/ad M.Brutũ.Brutus/enim priore locubratiõe pro/Bruto/mẽdose est scriptũ. Itẽ ex xix.

¶ De curatione aliqua munerũ Regioꝝ, ꝗs cul/regionum/nostrũ illud arrideat/poterit Cicerone ad Atticum autore vti.Sed casu/inquit/sermo a Capitone de vrbe augenda a ponte Miluio ad Tyberim/pauci secundũ montes Vaticanos.campũ Martiũ tũ ædificari.illud autẽ campũ Vaticanũ fieri quasi Martium campũ.& iteꝝ.O rem indignam.gentilis tuus vrbem auget/quã hoc biẽnio primũ vidit/& ei parũ magna visa est/quæ etiã ipsum capere potuerit.

EX LIBRO SEPTIMO.

Ex Epi.xj.

¶ Quis eni tot interregnis iurecõsultũ desiderat) ad Q.fratrem Cicero in Galliam scribens.erat nõnulla spes comitioꝝ/sed incerta.erat aliqua suspitio dictaturæ/ne ea quidẽ certa.& alio loco.res videtur spectare ad interregnũ,Coss,comitia hẽre cupiunt/

tel nolunt.& alibi.res prolatæ.ad intetregnũ comitia adducta.rumor dictatoris iniocũdus bonis.& infra.video Meſſalã noſtrũ Cos./ſi per interregẽ/ſine iudicio.ſi per dicta torem/tamẽ ſine periculo.

Ex Epi.xvj.

ℭ Deinde ꝙ in Britãnia nõ minus q̃ Philotheoron te præbuiſti) ꝙ Philoctetẽ antea legebatur/appo ſuit Ciceronis verba/quæ pertinaci forte cuipiã ſtabilire eam lectionẽ poſſe videantur. nam me quidẽ nihil mouent/quo minus/non nimis Philotheoron/ omnino retineam.De Rep./inquit ad Q.fratrẽ/nimiũ te laborare doleo/& meliorẽ ciuem eſſe q̃ Philoctetan/qui accepta iniuria illa ſpectacula quærebat/quæ tibi acerba eſſe video.

Ex Epi.xxiij.

ℭ Ego tamẽ Sceuolæ & Teſtæ aſſentior)alij codices/Sceuolæ Teſtę.quaſi vtrũꝗ Trebatij cognomẽ. Cicero ad Atticũ.Trebatius Sceuola facit/vt antecedat.ac ſi Trebatius Sceuolæ cognomine in ſuis de iure cõmentarijs formuliſꝗ vteretur/vt ſpecioſo/& in cuius familia quaſi hæreditaria eſſet iuris ciuilis co gnitio.vt ille inquit Ciceronianus ĩ oratore Mutius Sceuola.ego tamen nihil conſtituo.

Ex Epi.xxv.

ℭ Vel pxime de Tigellio) eãdẽ rẽ vberius his ver

bis pſcribit ad Atti. De Tigellio/ſiqd noui.qui qdē/ vt mihi Gallus Fabius ſcripſit/ mihi quandam iniquiſſimā/me Phameæ defuiſſe/ cū eius cauſam recepiſſem/quā quidē receperā contra pueros Octauios Cn.F.nō libenter.ſed Ephameç cauſa volebā.erat enim/ſi meminiſti/in cōſulatus petitiōe per te mihi pollicitus/ſiquid opus eſſet. Quod ego perinde tuebar/ac ſi vſus eſſem. Is ad me venit/dixitq; iudicem operā dare ſibi cōſtituiſſe eo die ipſo/ quo de Seſtio noſtro lege Pompeia in conſilium iri neceſſe erat.Scis enim dies illoꝝ iudicioꝝ præſtitutos fuiſſe.Reſpōdi nō ignorare eū/quid ego deberē Seſtio/quē vellet alium diē/ſi ſumpſiſſet/me ei non defuturum.Ita tum ille diſceſſit iratus/puto me tibi narraſſe.Nō laboraui.ſ.nec hominis alieni iniuſtiſſimā iracundiā mihi curandā putaui.Gallo autē narraui/cū proxime Romæ fui/quid audiſſem/neq; nominaui Balbū minorē. Habuit ſuū negociū Gallus/ vt ſcribit.ait illum me animi conſcientia/qđ Euphameā deſtituiſſem ſuſpicari.Quare tibi hactenus mādo/de illo noſtro/ſiqd poteris/exquiras.De me nequid labores.eſt bellum aliquem odiſſe libenter/& queādmodum nō omnibus ſeruire.&ſi mehercule/ vt intelligis/magis mihi iſti ſeruiūt/ſi obſeruare ſeruire eſt.

EX LIBRO OCTAVO.

Ex Epi.vj.

¶Deinde alius exiſtet/q/niſi libere liceat de oībus

prouincijs decernere senatui/reliquas impediat) à nobis est Cicero ad Atticũ. Sed est totũ/ inquit/ qd Cal. Martij futurũ sit. Vereor enim/ne/cũ de prouincia agetur/si Cæsar resistet/nos retineamur.

Ex Epi. xv.

¶ Nisi maluit Pompeium Brundusij circũsedere) potest ea lectio retineri/ quantũ ad hæc verba pertinet. Cicero ad Atticũ. at illum/inquit de Cæsare/ ruere nuntiant/& iam iamq; adesse/nõ/vt manũ cõferat (qui cũ enim?) sed/vt fugã intercludat. & non lõge. De Pompeio scio nihil/eumq;/nisi in nauim se contulerit/ exceptum iri puto.

EX LIBRO NONO.

Ex Epi. ix.

¶ Circũuallato nunc deniq;) Appianus expositioni nostræ subscribit. Verũ ob id/ inquit de Cæsare/ magis indignatus est/adeo vt opus longe difficillimũ & inauditũ quodãmodo aggredi tentaret/Pompeij videlicet exercitũ intra muri vnius sæpta circũclaudere/& à mari vsq; ad mare perpetuis mœnibus sępire/ratus/& si minime id opus valuisset/magnam tamen audaciæ eius allaturã famã. per stadia quippe ducẽta supra mille spaciũ eiusmodi erat amplectendum. Est enim eiusdem nõ modo temporis/ sed etiã loci significatio/in Epiro,& circa Dyrrachium.

¶ Ego/cœtera qui animo æquo fero/vnũ vereor/ ne hasta Cęsaris refrixerit) nihil omnino muto. ipse de eadem re ad Cassiũ. Nos hic/inquit/ D. Syllam patrem mortuũ habebamus. alij latronibus/alij cruditate dicebant. populus nõ curabat/ cõbustum enĩ esse constabat. hoc tu pro sapientia tua feres æquo animo. quãq̃ amisimus. Cæsarem putabant moleste laturum/verentem/ ne hasta refrixisset. Mindius Marcellus & Accius Pigmentarius valde gaudebat se aduersariũ perdidisse. & Cassius ad eũ. Itaq; Sylla/cuius iudiciũ probare debemus/ quũ dissentire philosophos videret/nõ quæsiuit/q̃d bonum esset/& omnia bona coemit. Cuius ego mortem forti mehercule animo tuli. nec tamen Cæsar diutius nos eum desiderare patietur. nã habet damnatos/quos pro illo nobis restituat/ nec ipse sectorẽ desiderabit/ quũ filium viderit.

Ex Epi.xvj.& xviij.

¶ Siquid præterea de me audiat/nõ audiendũ putet.) Est eiusdẽ generis/quod lusit in Cæsarem dictatorem. quum enim quidam cras oriri lunam dicer et/ita est/inquit Cicero/ex edicto. quasi Cæsar/qui annum digesserat/non hominibus modo / sed astris etiam seruitutẽ imposuisset. autor Plutarcus in Cæsare. Item ex xviij. ¶ Scipio/Affranius fœde perierũt) erat in alijs male/Scipio Aphricanus. de Affranij cæde bello/quod in Aphrica Cæsar gessit/ autor Liuiani compendij libro cxiiij.

Ex Epi.xviij.

¶ Itaq; post discessum legatorum/quũ binis cõtinuis literis) &c̃.de legatis puto intelligi / quos autor est Appianus a senatu in castra missos/in Galliam Cisalpinam/vt legiones quartã Martiãq; pollicitationibus magnorum præmiorum pecuniæq; apud D. Brutũ existentis ab Octauio ad D. Brutum autoritatemq; senatus traducerent.quos ait nõ ausos alloqui separatim ab Octauio legiones/infecta re Romã reuersos.nõ/vt quidã sentire videntur/a Lepido ad Plancum missis.

Ex Epi.xxix.

¶ M.T.C.Appio S.P.D.) vide/ne sit alius ab illo cõsulari/qui prouinciam Ciliciam ante Ciceronem procõsul obtinuerit/paterq; eius forte/de quo libro proximo ad D. Brutum Cicero.cũ Appio Claudio C.F.summa mihi necessitudo est/multis eius officijs & meis mutuis constituta. & infra. Magno tibi erit ornamento / nobilissimum adolescentem beneficio tuo esse saluum.cuius quidem causa hoc melior debet esse/ꝙ pietate adductus propter patris restitutionem/me cũ Antonio coniunxit.

Ex Epi.xxij.

¶ Quod ludis prætextam de suo itinere ad L. Lentulum procos. sollicitãdũ posuit) id/opinor/ signifi

cat/quod Cicero ad Atticũ exprimit his verbis vj. Cal. vesperi Balbus minor ad me venit/occultauit occurrens ad Lentulũ Cos. iussu Cæsaris/cũ literis/ cũ mandatis/cũ promissione prouinciæ/Romam vt redeat. cui persuaderi posse nõ arbitror/nisi erit cõuentus. & paulopost. Balbus minor hæc eadẽ mandata dat. iter autẽ eius erat ad Lentulũ Cos. cũ literis Cæsaris præmiorũq; promissis/si Romã reuertisset. Verũ/quũ habeo rationẽ dierũ/ante puto transmissurũ/ q̃ potuerit cõueniri. & libro ix. Roma scripsit Balbus/putare/iã Lentulũ Cos. trãsmisisse/ nec eum á minore Balbo cõuentũ/quod is hoc iam Canusij audisset. vt Lentulum Cos./legi etiã possit.

EX LIBRO DVODECIMO.

Ex Epi. ij.

¶ Itaq; iam nõ est studiosus ludorũ/infinitoq; fratris tui plausu dirũpitur) hoc illud/puto/est/quod scribit ad Atticũ libro xiiij./post. C. mortẽ Cęsaris. duas/ inquit/á te accępi Epistolas heri. ex priore Theatrũ Publiũq; cognoui/bona signa cõsentientis multitudinis. plausus vero Lucio Cassio datus etiã facetus mihi quidem visus est.

Bernardinus Vitalis Venetus imprimebat
ad xiij. Cal. Septẽbr. M. D. xxviij.
Cũ Priuilegio S. V.